cañ.ca.de Scherbin ubi dr̃ q; Scerbin ẽ arbor albitrã.t est ca.664.In ca.aũt 500.Scribit chi tram qdem ẽ gumi arboris que noiatur Aserbin quidam dicunt qõ ẽ gumi cedri non tamen appa ret sic ex uerbis.d.A.in dictis cap. Sed qcquid sit gumi calidum t siccum in quinto zubificat t cautezizat t carnem lassam efficit fortem t dixit idem.d.A ca.eodem de chitram q; ẽ medicamen elefantie t uaricibus deglutitum t linitum. Re gimen uero uaricum tc. Ista est scõa pars prici palis cap.in qua ipse ostendit curam harum disposi tionum magis ad uaricas et diuiditur pars pñs principaliter in duas ptes quoniã primo ipse põit curam ipãrum magis cõm t familiarem ſo cuzaz magis disperatam ſa ibi. Q; si non ualet aliqd nisi incisio prima pars etiam diuidi põt i tres par tes quoniaz primo ipe ponit regimen obseruãduz satis cõe circa totum corpus.ſo ponit qõ operã dum est circa ipas uenas tumefactas ipm sangui nem euacuando.tertio ponit quid fiendum facta euacuatione totius materie in totius regimen t circa ipas tibias prohibendo t obseruando a reci diua.ſa ibi.deinde pueni ad istas tc.tertia ibi.de inde assidue fac.de prima parte dicit t est totum clarum. Regimen uero uaricum est qm̃ oportet ut euacuetur corpus ex uenis manus.s. quoniam materia est sanguini mista t in toto est sanguis re pletio per manũ intellige brachium ratio est q; fit diuersio t euacuatio.addit t euacuentur me lancolia t humores grossi.s.cum uomitu t potio ne appropriaẽ.addit t retificetur regimen in om nibus sex rebus non naturalib⁹ prohibẽdo igrossa tionem humoz t adustionẽ t exemplificat dicẽs deuitent oẽ ingrossatiuũ.s.maxime in cibo t po tu t carnes grossas t sillia in cibo t uinum grossuz nigrum in potu addit t deuitet motus laboriosus maxime intelligituz de motu progressiuo lz possit ad motum oẽm laboriosum ampliari utz t statio nem longam nam talia oia. Cãe sunt uel ẽẽ põt uaricum dixit de ſa parte t totum clarum ẽ. dein de pueni ad istas uenas factis.s.istis cõibus eua cuationibus t dixit notanter deinde ut denotet ordinem habendum in cura q; si fieret flobotonia safene non ꝑsuppositis aliis nullo modo iuuaret. utz qr̃ flobotonia eas t extrahe totum qõ in eis ẽ de sanguine melancolico. Et ut supple hoc fiat ꝺuenienter addit fac flobotoniam in fine safene. Et itellige fiat lata flobotonia ut grossus sanguis exire possit t paulatine fiat ꝺssio uenarum tume factarum deorsum adiuuando eductionẽ ipsius sanguinis grossi. Et nõ qõ dixit exemplificando de flobotonia safenaz ita intelligit hic de floboto nia uene siatice si uene replete ad ipam maiorem habeant directionẽ quoniã ꝺplectior fiet euacua tio eius cui⁹ euacuatõm intendimus.de tertia par te regimen ponendo ꝑseruatim dixit deinde facta euacuatione pticulari assidue facĩ omni modico .s.tꝑis mondificationem corꝓis cum eis q̃ sunt yerapigra in euacuando materias grossas cũ ali quanto.i.modico lapidis azurli ut a proprietate respiciat materiã melancolicã t assiduetur super eam.s.euacuationẽ ut corpus seruetur mondum t non multiplicentur matezie t assiduet potũ epi timi in aqua casei.s.faciendo infusionẽ epitimi. ut.z.ij.in aqua casei per totam noctem t postea facta expressione collatura exhibeatur. Hoc do mesticum est t singulis duobus diebus exhiberi põt iõ dixit assiduet:addit t dimittat motum oio ꝑz addit ẽt.Et utatur ligatura sup pedes.s.tibias cum institis supple strictis super ligat calziamen to stricto subtili t cõiter fit ex pelle canis t lau dant hoc .d.Ab inferiori parte ad superiorez.s.a calcaneo incipiendo usqz ad genu.s. procedendo hoc totum fit ad prohibitionez fluxus materie ad dit.Et hoc.s.toto qõ dictum est administra epiti mata stiptica ad ꝺfortatõm crurium ne materiã iterum recipiant proprie post mondificatõm cum flobotonia ex manibus t pedibus t uenis ipis qz non precedentibus euacuationib⁹ cõibus ẽt non euacuata materia propria conueniret applicatio stipticoz qz esset dubium de ipigendo materiam in membro t de disponendo ipsam ad putrefactio nem prohibita trãspiratione addit.Et cinerẽ cau lis est enim fortis exicationis ſo can.addidit Se rapio ca. ꝓprio q; ita dificatiuus est ut deueniat ad hoc qõ habeat uirtutem ꝺbuzendi addit. aut oleum de oliuis.s.imaturis puluerizata desuper tamarisco.s.primo facta iniunctione cum oleo t postea super aspergatur puluis tamarisci in quo est uirtus exicatiua cum stipticitate forti.addit t lupinos decoctos epitimando t embrocando cum aquis eius.s.embrocãdo t epitimando cum aqua decoctionis lupinoz totum istud ualet quoniã exi cat t abstergit resoluendo sine mordicatõe ymo eorum decoctio super cancreuas ꝺfert corruptiõi earum t ꝺ peti estinmeõ ut ſo cañ.in quas dispo sitiones facille cadit hec passio addit ꝺsiter.Et fi mus caprarum t farina fenagreci t semen raffa ni t semen cruce sunt huius generis.s.q; exicant t resoluũt de stercore caprarum dixit ſo can. qõ resoluit scrofolas fortiter dixit Serapio qõ ꝺfert apostematib⁹ fraudolen̄ sicut sunt apostemata ge nuum tc.ecce qũo ualet i cãu de fenugreco dixit Serapio qõ est calidum in tertio t deficat in pri mo unde apostemata dura pauce caliditatis re soluit t curat licet.d.A.ſo can.dicat q; ẽ calidũ in fine primi t sicum silr tamen dixit qõ resoluit apostemata calida ſtatica t dura t qõ declinan tia ad duriciem lenit t maturat t ad hanc inten tionem cõiter utuntur eo praticiõ semine raffani scribit.d.A.ſo can.q; est calidum in tertio t i ip so est fortis resolutio t cum acceto exradicat ul cus cancreuaz.tc.Idem Serapio ſm.Ḃ. Et ibi multa bona singulariter habetur.Mirabile Ra sis dicit q; ipse est expertus q; destilauit aquã raf fani super Scorpionem t vidit ipsum statim i mol lem deinde continue inflatum t per medium cre pauit vñ dixit q; confert uenenis sicut triacha log tur de sele t intelligit maxie in morsibus ueneno rum ut patet bene consideranti ꝺ sele urtice non ẽ

qꝫ calefacit subtiliat subtiliatione forti ⁊ resoluit sicut ẽt semen cartami ut alias dictum est. Et sic bene patet qũo ista oia simplicia i hoc casu ualent quibus põt multipliciter uti medicus approximando ut patet.

Quod si non ualet posita cura magis domestica ⁊ per medicinas. Jn hac parte ipse ponit curã magis disperatam per cirugiam ⁊ duo facit quoniam primo facit hoc. Scõ ipse ponit quosdam casũ. obseruasi post dictam operationez scõa ibi. Et oz post incisionem ⁊c. prima adhuc in duas secũdũ duos principales modos cure per cirugiam. s. per incisionẽ dictarum uenarum ⁊ per extractionem ipaz scõa ibi. Et quãdoqz extrahuntur cum acu ⁊c. de prima parte dixit. Qꝫ si nõ ualet aliquid ni si incisio quasi dicat si medicine non sufficiãt ad curationem. scinde carnem. s. in directo ubi uis facere incisionem ⁊ fac apparere uites. s. carnez excoriando usqz dum uites appareant qꝫ manifestabitur qz apparebit qz sub quoddã album sicut corda cum erit discoperta uena carne ⁊ scide eas in longitudine sua ad euacuationem materie contente que non potuit educi per flobotomiam facta in fundo propter terresticitatem eius ut dat cautellam in incidendo dicens. ⁊ caue ne scindas eas latitudinaliter in integrum aut ex transuerso idem est. qꝫ fugiant ⁊ noceant qz pars iferior nocebit quoniam forte putrefiet ⁊ corumpetur prohibito nutrimento licet hoc non sit necessarium. quoniã ad illam terminantur alij rami uenarum unde nutriri poterit ⁊ ꝺseruari pars etiã superior nocebit qz cum erit ꝺtracta non poterit consolidari ⁊ sic sanguis continuo emanebit deorsum ⁊c. Scinde ergo scõm longum addit Cunqz feceris id extrahe totum id quod est in eis ex sanguie supple tollerante uirtute addit tãtũ. Et oportet ut facias curere ex eis id quod possibile est curere s. ut prius facias flobotomiam in loco decliui ut sanguis subtilior fluat postea remanente grosso deinde mondifices id scindendo i longitudine quoniam sic procedendo incisione uene ex habundãtia sanguinis non impedietur operatio qz sanguis erit diminutus per flobotomiam precedẽtẽ. Modum tamen clariorem huius operatiõis ponit Albucasis ca. 60. prime partis dixit sic. Sectio eius scilicet uaricis fit secundum hunc modũ. Em broca crus in primis cum aqua calida multum. donec resoluatur sanguis grossus ideſt subtilietur deinde stringe crus infirmi a superiori parte cosse eius usqz ad inferiorẽ partez genu cũ uita: deinde secca uenã in loco uno aut duob⁹ ficcione ampla: intelligit ſm longũ: ⁊ facta prius flobothomia iferius qz illa est cura regularis: ⁊ ista coacta deinde trahe sanguinẽ nigrũ manu tua ab inferiori parte cruris usqz sursuz: ⁊ a supiori usqz iferiꝰ donec egrediat ex sanguine quãtitas quam vides sufficere ⁊ quã tollerat virtꝰ infirmi: postea liga eũ ⁊ supple cõsolida. Jste est modus icisiõis ſm Albucasin.

Et quandoqz Jn hac scõa parte ipse ponit aliũ modũ opandi in hoc casu cirogieũ: ⁊ ipse est extractio ipsiꝰ uene prio facit hoc. scõo remouet dubiũ. scõa ibi. Et nõ licet: dixit ⁊ prio. Et quãdoqz extrahunt cũ acu s. cũ stillo supposito ⁊ incidũtur penitꝰ. i. scõm trãsuersuz: ⁊ oportet tũc ut erradicẽtur. i. totaliter amoueant: ⁊ sic nõ nocebũt. s. si non auferãtur pp cãs dictas superiꝰ: qz. s. corrũperẽt ⁊c. Addit ⁊ melior extractio est cũ cauterio. Cauteriũ enim meliꝰ ẽ qꝫ incisio. ratio põt esse qz cuz fit incisio sine cauterio dubiũ est de supfluo fluxu sanguinis: ⁊ sic noceret patiẽti ⁊ operãti simul etiã qz cauterizãdo figillat uena in trũco superiore ne sanguis fluat deorsum.

Et non licet Tũc ipe remouet dubiũ. posset aliquis dicere cõuenit ne talis opatio i omni tali dispositiõe cũ reliqua remedia nõ sufficiũt: rñdet qꝫ nõ: ⁊ dixit. Et nõ licet ut extrahãtur nisi rubee nõ nigre. Jn nigris vero fiat id qõ descripsim⁹ prius de mũdificatione supple ⁊ localiꝰ priꝰ dictis saltez ad phibitionem augmẽti ⁊ malitie earũ. Ratio ptis sumit ex hoc quoniã cũ vene sunt rubee tũc stat i toto notabilis mensura sanguis laudabilis cũ quo ꝺiungit tenor virtutis ad tollerandũ dictã opationẽ: que multuz est pp doloꝛẽ uirtutis pstratiua: unde corpora nisi fortia nõ sunt tali piculo exponenda: ⁊ iõ in corporibus in quibus tales uene sunt nigre cum in eis dominetur melancolia ⁊ talia corpora sunt debilia prohibuit notanter. d. A. in eis fieri talez operationem Sed curanda sunt ut dictum est supra

Modum etiã clariorem huius operationis posuit Azarinus ca. allegato scõm hunc modũ Rade crus infirmi si in eo sint pilli multi deinde intromitte ipsum in balneum aut embroca crus eiꝰ cuz aqua calida donec rubeat ⁊ exuberent uene. ut exercitetur exercitio forti si non est ei presens balneum donec calefiat membrum deinde secca cutem in directo uene sectioue per longitudinez aut in ultimo eius apud genu ut in inferiori parte eiꝰ apud calchaneum deinde aperi cutem cum uncinis ⁊ excoria uenam ab omni parte donec appareat sensui ⁊ est apparitionem eius qõ uides eam rubeam ad nigredinem decliuem. Cum ergo cudit ex cute uides eam albam quasi sit corda deinde intromitte sub ea radium donec quando elleuatur ⁊ egreditur acute suspende eam cum uncio ceco leui deinde secca sectione alia prope illam sectionem tribus digitis deinde excoria cutem a superiori parte uene donec appareat deinde elleua eam cum digitis sicut fecisti ⁊ suspende eã cũ uncino alio sicut fecisti in primis deinde secca sectione alia aut sectionibus pluribus ea si indiges illo deinde elleua ⁊ incide ipsam in ultima sectiõe apud calchaneum. deinde extrahe eam ⁊ elleua ipsam donec egrediatur ex sectione secunda deinde extrahe eam ad sectionem que est supra eam ⁊ fac illud donec extrahas eam ex sectione que ẽ superior sectionibus omnibus donec egrediatur tota ⁊ tunc incide eam. Si autem non obedit tibi

ad extrahendum ⁊ elleuandum tunc intromitte acum fillo forti duplo ⁊ liga eam ⁊ extrahe ipam aut intromitte sub ea radium ⁊ reuolue manum tuam ad omnem partem donec egrediatur .⁊ cauе ne incidatur fit difficille elleuare eam ualde ⁊ egreditur super infirmum ex ea nocumentū. Cū ergo extraheris eam totam pone super locuz uulnerum lanam infussam in uino ⁊ oleo roxato ⁊ cura eum donec sanetur hoc totum est Albucasis ⁊ est clarus modus. Ego tamen habui socium q̄ curauit unum cum acu cirugico isto modo cale facta uena ⁊ stricta superius ut ingrosescat i parte ipsius magis elleuat accepit tenaculam perforatam ⁊ cum ea elleuauit uenam in tantuz ut orificium tenaculle occurrat infra uenam ⁊ tunc imposuit acum fillo de serico torto intra orificium tenaculle ⁊ perforauit infra uenam ita q̄ uena erat superior postea ligauit uenam ligatura forti .postea infra per digitum a ligatura incisit in directo illius cum gaulan quod est instrumentum torcum incidens totam uenam per transuersum .postea elleuato crure compressit manibus sursuz sanguinem in ea clausum quo euacuato accepit cauterium aliqualiter rotundum ⁊ cauterizauit orificium superius uene incisse postea cum stipticis cō fortantibus subito curatus fuit iste modus ē clarus. Alium uidi prius posuit cauterium potentiale supra locum ubi uult facere operationem ⁊ infra quatuor horas facta fuit excara postea mane sequenti cauterizauit cum igne multis uicibus usqzquo uenit ad uenam postea elleuauit uenaz ⁊ icisit ⁊ supra ligauit postea perforauit orificiū inferius uene incisse que erat etiam causticata ⁊ exiuit sanguis comprimendo in sursuz qui erat cōtentus in uena ad bonam quantitatem postea ēt illam partem cauterizauit ⁊ postea eam curauit excaram ita q̄ in uiginti diebus uidebatur sanus tamen qz ille magister non erat bene litterat⁹ non fecit purgationes neqz flobotomias q̄ in casu sunt necessarie unde .xx. die inuasit cum fe. acuta cuz urinis subiugalibus ⁊ in septima mortuus fuit lz ego uocatus ad febrem cum quibusdaz aliis quātum potuerim febri occurui ⁊ erat nobilissimus scholaris legista. Unde notate nunq̄z fiendas tales operationes nisi preparato corpore ⁊ mondificato ⁊ farmacijs si expedit ⁊ floboromijs. nā in istis modica aduertentia produxit ad mortem ad textum supra.

Et quandoqz accidit ꝛc.

Nunc ipse ponit unam contingentiam circa cō solidationem uulceris artificiose inducti ⁊ breuiter dixit. Et quandoqz accidit ut non sanetur uulnus. dū non ad ultimum peruenitur in mondificatione ⁊ non cucurerunt adhuc humores melancolici grossi. i. non sic euacuati curendo. i. cuz forti farmaco educendo ⁊ non leuiter euacuando .⁊ ideo est qz stante in toto adhuc de humoribus cōtinuo aliquid de eis decurrit ad uulnus propter cōsuetudinem fluxus ⁊ propter debilitatem ēt ex artificio membri acquisitam ⁊ sic fit impedimentuz in consolidatione uulceris. Expedit igitur ad consolidationem complete ⁊ eradicatiue euacuare lege litteram.

Et oportet post incisionē

In hac secunda parte huius partis ipse ponit canonē obseruandū post incisionē ⁊ duo facit primo facit hoc ꝯ ponit correlariū ꝯ ibi ꝯobrem. ⁊ dixit ꝓio. Et oz post incisionē ⁊ extractionem ⁊ cauteriū ut deuitet id quod generet humorez melancolicum. ſ. in oībus sex rebus non naturalibus maxime in cibo ⁊ potu ⁊ passiōibus aie ⁊ assiduet mondificatōm corporis ita ut non generetur superfluitas melancolica ⁊ aduxit duo pericula nisi talis fiat obseruantia primū est reuersio egritudinis ideo dixit. Quaꝝ fiat reuersio egritudinis si fuerit materiei iter ad ipsam. ſ. uaricem non strictū. q̄ accidere pōt facta incisione cum flobotomo uel ēt facta incisione per longum ⁊ facta ꝯsolidatōe

Sed postea non appositis stipticis supra tibiā aliud periculum est qz prohibitio fluxus materie q̄ ꝯtingere pōt uel propter extractionē uenarum uel pp medicias stipticas superpositas ⁊ multiplicata materia que ad illas partes solita ē trāsmitti cū non possit ad membra uillia transmitti mittit ad mēbra nobiliora ideo addidit. Et moueat q̄ fuit ꝯsueti motus a pedibus. ſ. q̄ solebat fluere ad pedes ad membra que sunt sublimiora ⁊ interponit unum spertinens dicens q̄uis in apertōe ⁊ cissione sit timor pp. ſ. artificiosam operationem ⁊ dolorem sequentē deinde ꝯtinuat propositum ⁊ dixit. Et cum non expellitur ad membrū uilius p uenit ad membra sublimiora. Et exp̄ dicto infert correllarium dicens ꝯobrem rectius est ut nō aperiantur neqz fiat in eis aliquid nisi post mundificationez ultimā. Istud manifeste sequitur ex dictis ut supra patet lege lr̄am ꝯtinuam.

Et fortasse assimilantur.

Ista est tertia pars principalis cap. in qua ipse ponit similitudinē quādam ellefantie cum nodis. unde ꝯsiter fit error in cura ⁊ dixit Et fortasse assimilantur nodi ellefantie qz erratur in eis. ſ. in cura ⁊ supple error est q̄ equaliter curantur ⁊ tamē non debent eodem modo curari ideo dixit. unde nodi tanguntur cum ferro. ſ. scindendo ⁊ excarnādo glandulam cum kist proprio a carne circundāte ut tertia quarti cap. proprio. Sed ellefantia ē sicut diximus qz distinguitur a nodis ut statim dicetur ⁊ ēt curatur sicut diximus in ca. ō. Pro intellectu partis est aduertendum q̄ in ellefantia pp maximam repletionem ⁊ extensionem factam in cute tibie aliquando appazent trombositates quedam materia grossa existente non apta fluxibilitati ⁊ propter aliqualem elleuationem ⁊ duritiem assimilantur tales trombositates nodis differunt tamen a nodis precipue in hoc quia nodi cuz digitis tanguntur ⁊ eleuātur separantur a carne ab omni parte quia talis materia grossa claudit in proprio receptaculo non sic autem separantur tales trombositates a carne ymo remanent cum

carne continue. Et ex hoc patet q; etiam colligi potest conuenientia aliquando uaricum cum nodis ⁊ differentia ipsarum q; quẽadmodu; accidit ut nodetur neru⁹ ⁊ similetur nodo ut loco allegato tertia quarti propter ipsum ſm partem ingroſſari ⁊ non ſm totum ita contingit ⁊ de uena ſcõm partem plus ingroſſari ⁊ tunc modo ſm illa; partem aſſimilabitur tamen differet a nodo in hoc q; ſi ſepatur equal'r ab oi parte q; nõ ſcõm lõgũ ſz ſz dextrum ⁊ ſiniſtrum tantũ nodus autẽ equaliter ex omni parte ſepatur ut patet ⁊ hoc eſt quod intendit lego lfam. Et fortaſſe aſſimilantur nodi el lefantie ſupple aliquando etiam uaricibus qꝫ erratur in eis. ſ. in cura qꝫ nodi tanguntur cum ferro. ſ. ad debitam curam. Sed ellefantia eſt ſicut diximus ſupple ⁊ uarices quãtum. ſ. ad curã que ſupra dicta eſt ⁊ ſic eſt finis capituli. In capitulo igitur primo habuiſtis difficultatem cure ipius elefantie q; parum ſanatur ⁊ itelligebatur de cõfirmata ⁊ melius eſt eam dimitti in diſpõne ſua ſi non additur. ſ. in malitiã qꝫ q; curetur intelligebatur cum medicinis fortibus propter timorem corroſionis ſicut ẽt dicebatur de cura cancri. Et ſi p uenit ad ulcerationem ⁊ corroſionem non eſt melius qꝫ quod membrum radicitus amoueatur uel ut. ã. dicebatur ſcarificetur q; aliquãdo ſufficit poſtea addidit. Q; ſi ſuccurratur in principio marie cum euacuationibus ⁊ proprie cum uomitu laborioſo qõ notanter dicebatur q; appropriato materie ut cum euacuationibus fl'a ⁊ mel'am poſſ⁹ile eſt ut prohibeatur in hoc tamen conuenit aliqñ fl'a ut ſtante plectoria ⁊ factis euacuationib⁹ apponantur ſtiptica ſuper loco q; aliter eſſet operatio irregularis ⁊ hoc ad prohibitionẽ. Poſtea addit q; in confirmata in qua eſt fiduria ſanatõis q; cura perficitur cum reſoluentibus fortibus itel ligitur premiſſis euacuationibus ſicut ſupra dictũ eſt ⁊ ibi in caſu laudauit alchitzã pro ſingulari qõ eſt gumi cedri. Poſtea ingreditur ad regimen uaricum ⁊ primo cum generalibus remediis ſo cũ ſpãlibus primo laudat euacuationes cum floboto mia in manibus. i. brachio intelligitur in corpore ſanguineo uel in materia ſanguini mixta quod tamen ut multum eſt. Laudat etiam purgationes preſuppoſitis ſcilicet digeſtiuis ſecundum varietatem materie. Ponit etiam obſeruationem regiminis in ſex rebus nõ naturalibus prohibendo. ſ. multiplicationem humoris groſſi maxime ſanguinis aduſti ⁊ maxime in caſu uituperat morus laborioſos ⁊ ſtationem longam in pedes. ita itelligatur ꝑcipue de paſſionib⁹ ai. Quibus ſuppoſitis adueniendo ad particulares uenas laudat floboromiã in fine ſafene idem intelligebatur de uena ſiatica ſi uene tumefacte ab ea ramificãtur euacuando totum ſanguinem curſibilem ⁊ ſi ſupple in totum euacuetur continuatis purgationib⁹ maxime cum yerapigra acuta cum lapide lazulli uel cum magis domeſtico ut cum potu epitimi in aqua caſei. Fiant ꝺſequẽter ducentes ad tibiã ligature incipiendo deorſum ⁊ aſcendendo procedere ſuper ponendo ſtiptica confortantia ⁊ exicãtia in quo laudat cinerem caulis tamariſcos lupinos ſimum caprarum ⁊c. Et addit ſi ſupple nõ euacuetur tota materia euacuando per floboto miaz tunc oportet ſcindere uenam ſcõm longum ⁊ ſupple totum malum ſanguinem euacuere ⁊ tunc ſuper ligare que dicta ſunt continuando medicinas euacuatiuas ⁊ regimen ſupra dictum.

Addit qõ quãdoq; extrahuntur ſupple in integrũ cũ acu ⁊ incidũtur radicit⁹ ⁊ amouenf ⁊ ſi ñ amouenf nocebãt pp cauſas ibidem aſſignatas ⁊ dixit qõ melior extractio eſt cum cauterio modũ utrunq; operationis ⁊ incidẽ ⁊ extrahendi. poſui ſcõm doctrinam Albucaſis recurã ſi oportuerit.

Et addit unum utile in caſu tali. ſ. qõ quelibet talis operatio eſt timoroſſa ⁊ debet fieri niſi uenis rubeis ⁊ non nigris ut iuuat qõ non fiat niſi in corpore forti ⁊ non debili ⁊ qõ talis curatio ulceris aliquando fieri non poteſt donec corpus ẽ plene mondificatum. Poſtea ponit quoſdam canones quodãmodo reſumendo quod eſt dictum. ut qõ facta tali operatione oportet cauere a multiplicantibus dictos humores quoniã ſi fuerit iter deorſum ad fluxum liberum fiet recidiua ⁊ ſi fuerit uia reſtricta eſt dubium in materia ſolita deorſuz fluere moueatur ad membra ſublimiora ⁊ nobiliora quoniaz concludit q; rectius eſt ut nõ aperiantur niſi poſt mundificationem ultimam ⁊ tũc etiam ſupple fiat obſeruatio regiminis ad prohibitionem ⁊c. Poſtea in fine poſuit ſimilem elefantie cum nodis ⁊ ꝺſequenter errorem in cura ſi eodem modo curentur q; nodi tanguntur ferro. ſ. ad curam ⁊ ellefantie cura eſt ſicut diximꝰ. ita dixi ⁊ de uaricibus poſſe dici ⁊ ſic ſit finis huius primi tractatus. Pro aliquali obſeruando ordine in diſcurſu harum diſpoſitionum quantũ ad eſſentiam earum ⁊ cauſas ⁊ ſigna ꝺſequenter cãz ⁊ poſtremo ad curã. Sciẽdũ ẽ q; uarices ⁊ elefãtia i genere ſũt morboz oia gnã morboz ielu dẽtia principaliter tñ ſunt in genere male cõpoſitionis q; augumenti vnde uarices ſunt augumẽtum uenarum per tibias protenſarum que q; tortueſe incedunt per crura ad modum uitis. uites ab aliquibus appellantur cum elleuatione tamẽ dictarum uenarum cruzium multotiens coniungitur aliaruz partium macrefactio propter oppillationem ipſarum venarum vt videbitur. Elefantia autem eſt innaturale augumentum etiã cruium ferre equale ⁊ per hoc diſtinguitur a varicibus ecce quomodo hec vtraq; diſpoſitio eſt morbus precipue in compoſitione. q; i augumẽto cruium vel venarum ipſius. Eſt autem egritudo materialis q; tale augumentum fit propter multitudinem humoris vtplurium groſſi in illis partibus intenti qui humor ⁊ ſi ibidem vt multuz multiplicetur per viam defluxus maxime in varicib⁹ tamen non inconuenit vt etiam paulatine ibidez per indigeſtionem ⁊ inpotentiam reſolutiue ex pulſiue agregetur ⁊ precipue in ellefantia. Et ex his patet quod tales morbi ſibi talia membra

determinant unde si alibi q̄z in tibiis uene tume scerent ⁊ ingrossarentur uel alia membra ut bra chia sicut pedes in ellefantia non propterea uari ces uel ellefantia denominaretur sunt igit appro priate egritudines. Cause autem earum maxi me per uiam defluxus ad has duas reducuntur.s. ad debilitatez membri recipieñ ⁊ fortitudinē alio rum expellentium debilitas autem recipieñ aut ē talis in creatura aut est talis ex tempore in crea tura ex debilitate principiorum naturaliuz uel ex non debita ipsorum adinuicem conuenientia ex ēpre aūt contingit maxime autem propter malitiā noue complexionis precipue calide que etiam in arrabendo iuuat ⁊ propterea in itinerationibus ⁊ onera portantibus uel propter longam stationem accidunt tales dispōnes q̄z talia membra fatigata super calefiunt. Exacuitur autem expulsiua supe riorum membroꝝ ipsa irritata aut a multitudine humoris aut ipsius malitia q̄z necessitate ⁊ irrita te uirtutes naturales sumunt incrementū malitia autem humoris aut est talis propter acuitatē aut propter grossitiem ⁊ uiscositatem accuitas autem licet ut multum cum materia subtili coniungatur tamen etiam aliquando cum grossa ut i materia melancolica per uiaz adustionis cāuta ⁊ quoniaz materia subtilis merito substantie non est disposi ta ut in concauitate uenarum uel in mēbris mul to tempore recluſa cōtineatur maxime si calida sit. Jdeo in causis corporeis causa ancecedens ⁊ coniuncta utplurimum est materia melancolica adusta maxime influxa materia quoniam in tali materia est terrestreitas faciens ad permanentiā in membro ex una parte ⁊ accuitas faciēs ad flu xum propter stimulum expulsiue ex alia ex dictis patet.primo q̄ cā corporea harum dispositionum non est colleza uel sanguis substantialis patet so q̄ aliquādo causa est multitudo sanguinis substā tia non peccans patet tertio q̄ aliquādo causa est fl'a grossum cum aliquid differens comisſetur .p̄z quarto per idem qō aliquādo materia melancoli ca difficilis est in causa.patet ultio q̄ materia me lancolica adusta est in causa utplurimum ex quo cunqz humore fiat adusta non tamen putrefacta differen ē tamen q̄z in uaricibus materia melanco lica utplurimum est ex sanguine adusto ⁊ in elle fantia ex fl'ate adusto ex aliis aūt causis equaliē fit ellefantia uel uarix fm uariam membrorum preparationem ceteris paribus i spē materie gros sior apparet materia uaricuz q̄z ellefantie loquor in facta per uiam defluxꝰ q̄z subtilioꝝ materia pe netrat in uenas paruas ⁊ non clauditur in conca uitatibus tūn magnis.patet ultezius q̄ quelibet talis dispositio est morbus cronicus ⁊ tarde termi nationis ⁊ ut multum desperatus ad curam si fue rit confirmatus propter debilitatem membroꝝ ⁊ multitudinem uel grossitiem materie etiam q̄z cum tali materia acuitas coniungitur que a medi cinis subtiliantibus ⁊ resoluentibus sepe maliciaſ vnde deterior fiet dispositio ex quo ulterius patet correllarium.d.A.q̄ si non additur in mali causa melius est ut non curetur.s.nisi blandiēdo prohi bendo augumentū ⁊ maliciam earum patet ulte rius q̄ in uaricibus ut multum alie partes curiū minorantur propter oppillationem ⁊ prohibitōm transitus nutrimenti.patet etiam q̄ incisis uenis per transuersum membra inferiora extenuantur patet ulterius q̄ tales morbi utplurimum sequūt morbos cronicos licet sequi possint ēt acutos per tusim maxime tamen sequūtur egritudies splenis ut patet. Et hec in causis ⁊ pronostico sumatim sufficiant. Signa harum dispōnum sunt duplicia quedam sunt signa iparum dispōnum. quedā signa cārum. Signa dispōnum per se non sunt .q̄z ut dixit Rasis ad Almāsorem cap.proprio. Cum uene plene grosse ⁊ diuerso modo curuate ⁊ uiri des.s.aliqualiter utplurimū Jn crure apparuerit egritudo que uitis dicitur adesse significatur.

Ecce signa clara uaricum. Cum autez crus uideris totum ingrossatum equaliter ita ut a genu infra fere sit equalitas cum pede ēt tumefacto ⁊ sit duricies cum collore obfusco in toto crure ⁊ si alibi sit tumor tunc ellefantiaz iudicabis.dico no tanter cum colore obfusco ⁊ duritie propter undi miam in qua non apparet color obfuscus. Sed ē apostema album molle q̄z a materia fl'atica mol li dependens dixi ēt ⁊ non alibi sit tumor ad diffe rentiam cacessie in qua non solum cruris fit tume factio sed ēt in palpebris saltem apparet q̄z dicta dispositio uitio epatis toti nocumenti cōicaſ pue nit q̄ non necessario in ellefantia coniungitur. ⁊ sic patent signa dispōnum. Signa aūt causaꝝ ⁊ nunquid tales sint per uiam fluxus uel per uiaz paulatine congestionis generate ⁊ si per uiam flu xus nunquid per tusim post alias egritudines acu tas uel cronicas etiam sunt clara ex modo genera tionis earum subito uel tarde etiam ex precessiōe causarum primitiuarum uario modo coadunātiū ad membri debilitatem uel ad fluxibilitatem ma terie ēt ex precessione morborum acutorum uel cronicorum Expedit solum ut ponantur signa materie districtiua. Signa igitur multitudinis sā guinis sunt rubedo loci caliditas tactus non mul tum tamen accuta sed uaporosa difficultas ad im primendum ⁊ utplurimum coniungitur cū signis dominij sanguinis in toto ut cum amplitudine ue narum rubore coloris pulsu magno urina rubea obscura ⁊ similibus ex precedenti regimine ⁊c .

Signa autem sanguinis adusti sūt istis similia saluo q̄ calor membri est ad fuscbum magis de clinans ⁊ in tactu color est accutioꝝ ⁊ precessit re gimen adustum ⁊ addit Rasis in diuisionibus q̄ in ista apparet aliquid ex eminentijs. Si uero materia fuerit colera adusta ē rubedo magis cla ra ad citrinum aliqualiter declinans ⁊ in tactu ca liditas ē magis mordax ⁊ ponderositas mioꝝ ⁊ ha bitudo totius collerica ⁊ regimen precessit collezi cum ⁊ adustum ex exercitijs laboriosis ⁊ cibis ⁊ cobitu ⁊ similibus adustionem producentibus in collera. Signa autem fl'atice sunt q̄z tactus ē frigidus color cruris albus ponderositas magna

impressio mollis cum habitudine flatica ⁊ urina pulsu ⁊ regimine precedente attestantibus flati.

Q9 si fuerit melica ex flate stat albedo cū quadam obfuscatione ⁊ aliquali coloze remisso tamē ⁊ maioz ita imprimendo difficultas ⁊ qō precipuū est si post regimen flaticū ⁊ habitudinē flaticam secuta est cā adurens ex foribus exercitijs uel lōgitudine febris uel alia similis cā. Si uero materia fiunt melancolica naturalis q9 raro contingit pp terrestreitatē materie adsunt multa grauitas color fusus frigiditas in tactu habitudo melancolica cum sanguine melancolicis. Et si fuerit melā colia adusta ex melancolia tunc coloz ad uiridita tem declinat cum ponderositate ⁊ aliquali acuita te in tactu ⁊ fuerit ēt trombositas maxime in ellefantia vnde assimilantur nodis ⁊ postremo color denigratur cum reliquis signis proportionalib⁹ p̄ cedentibus de habitudine ⁊ de regimine ⁊c. ⁊ maxime si sequetur febres melancolicas ⁊ apostemata splenis ⁊c. Et tu alia discurre ⁊ in his sum contentus breuiter. Cura aūt duplex regimē. s. ul'e ⁊ particulare vl'e aūt dupliciter attenditur circa duo ut debitum regimen sex rerum non naturaliū ad prohibitōm materie antecedeñ in toto ⁊ focica materiā antecedentē in toto repertā cū appropriias digerendā ⁊ euacuādam ⁊ tandem cū cōfoz tatione membroz alterādo ip̄oz oplexionem malam ⁊ bonam inducendo particulare aūt regimē maxime uertitur circa materiā coniunctam i uenis magnis tibiaz uel in ipsis cruribus equaliter contentā. In regimine vl'i primo aduerteñ q9 qz oīs materia apta fluere ad dicta loca ⁊ ibidem multo ꝑpotineri ē frigida p̄ter sanguinē qui ut .s. dicum ē aliquando sola multitudine peccās pōt esse cā. Ideo in oībus p̄ter quā in illa regimē debet ad calidū declinare qz ēt quelibet alia a sāguine p̄ter eam que pendet a flate grosso ē melancolica siue a materia naturali siue adusta sit cāta ⁊ cum oīs talis sit materia sicca oportet ut regimē ad humidū declinet in omni igitur p̄ter q̄z in sanguinea ⁊ flatica regimen debet ad humidum declinare ⁊ in qualibet p̄ter q̄z in pendente a sanguine debet ad calidum declinare. In equaliter tñ ⁊ diuerso modo quoniam in facta a materia frigida siue adustione ut in flatica ul' melancolica naturali debet regimen notabiliter ad caliduz declinare. In factis aūt per adustionē ad remisse calidum ⁊ ad remissius calidū. In factis per adustionem ex humoribus calidis ⁊ ex sanguine uel colera q̄z ex factis ex flate uel melia qz regimen notabiliter calidum disponit ad adustionez iō dicūt quidam q9 in melancolia ex adustione collere regimen debet ad frigiduz declinare ad prohibitionem adustionis ⁊ quidaz addunt hoc ēt esse debere propter humozem digerendum existimantes humorem talem melancolicum esse calidum. Cuius oppositū ego probabiliter credo ut uidet colligi posse prima primi ca. de humoribus in fcō esse cum sit essentialiter melancolia cuius est ad frigidum declinare cum per notabile tēpus p̄man sit talis qz forte in uia trāsitus ⁊ generationis facta per adustionem maxime ex calido humore ut est probabile per certum tempus permaneat calida in processu tamen ut credo remanet frigida dicerem igitur de tali casu q9 intentione habita ad materiam in toto existentem antecedētē ipropriē qz aptam transire in materiam proprie antecedētem ut habita intentione ad materiam collericā que habundet in toto aptam per regimen calidū facille conuerti in melancoliam adustam que postea ad loca declinaret ⁊ fieret coniuncta tunc regimen deberet ad frigidum declinare. Sed habita intentione ad materiam ꝓprie antecedentem ⁊ ēt coniunctam que malitia est ⁊ ꝓsequentez frigida dico q9 regie debet ad calidum declinare magis tamen ⁊ minus fm qō materia est secundū se magis uel minus frigida qz si imaginemur materiam melancolicam factā congellationez ex flate utreo tunc manifestum est qō regimen debet ad caliduz notabiliter declinare sed ubi materia ēt melancolica ex adustione p̄sie collere tunc regimen debet ad remisse multum calidum declinare forte tamen in principio ad aliquale signuz. Et est aduertendum q9 ubi pro digestione materie esset necessitas regiminis multum calidi tunc conuenit regimen notabiliter humidum p̄ter q̄z i flate qñ in materia melancolica per regimen multum calidum nisi notabiliter humectetur dubium est ne resolutione facta i partibus subtilibus reliquę partes putrificentur sed si humectētur equata materia cessat illa dubitatio ⁊ hec omnia mēti bene tene quoniā ex his dictis poteris discurrere ad debitum regimen in omni materia ⁊ ego nō procedā particulariter ad regimen cuiuscunq3 materie qz nimis longum esset sed solum deueniam ad regimen materie utplurimū contingenē. s. ad regimē materie melancolice per adustionem ex sanguine in uaricibus ⁊ ad regimen materie melancolice ex flate in ellefantia quoniam sicut supra dictum est dicte dispōnes utplurimum a dictis materijs p̄cedunt. In uaricibus igitur erit intentio ad materiam melancolicam ex sanguine i ellefantia ad materiam melancolicam ex flate ⁊ fm hunc ordinem credo processisse. d. A. in textu qō etiam intelligenti diligenter consideranti manifestum erit.

Si tamen medico per signa predicta inotesceret cām dictaz dispōnum aliam esse recurat ad doctores ubi tractant de passionibus melancolicis ⁊ ab illis doctioz fiet qūo circa generalia operādū sit cum memoria eoz que premissa sunt pauloante. In uaricibus igitur primo sit haer ad remissum calidum ⁊ humidum declinans. Hoc dico intentione habita ad ipsam materiā uere añcedeñ uel coniunctam. Sed si haberem⁹ itentionē maiorem ad materiam antecedentē uel coniunctam ut in corpore repleto sanguine prohibēdo adustionem in eo tunc haer deberet ad frigiduz uel siccū aliqualiter declinare qui si non habeatur sic dispo

situs secundum naturam retificetur talis secundum artem euaporando cameram uel irrorando cum appropriatis. unde si intenderemus calefactioni ⁊ humectationi conueniret errozatio ex aqua bugloza pro duabus partibus ⁊ aquis uiolarum ⁊ melisse añ p parte una. Et si ifrigidatõi ⁊ exicatõi fiat irrozatio ex aquis indiuie p duab⁹ partibus ⁊ una parte aque rozati ⁊ acceti añ in ellefantia aũt sit haer ad caliduz ⁊ humidũ satis declinans habito respectu ad ipsam mãm flaticã prohibendũ que faciliter transiret in ipsam materiam adustam habito respectu etiã ad ipsã materiã iam factam. Sz si intentio verteret ad prohibitionẽ adustionis oportet haerem aliqualiter ad frigiduz declinare iõ habito oi respectu laudo vt haer ad tempiem in qualitatibus oibus declinet.

Alligatur igitur haer tempatus non ventossus mondus a uaporibus prauis clarus boni odoris q si natura talis non existat fiat artificialiter cũ suffumigio facta per camerã vt infra. Rẽ. oiuz sandoloz añ. z. ʒ. roz. z. vi. ambre. z. i. muſci. ℈. ʒ. ben albi ⁊ rubei añ. ℈. ij. florũ nenufaris. z. iij. laudani. ʒ. i. mastricis turis añ. z. ij. ꝯtundãtur omnia grosso modo ⁊ si apparet addere potes aliquod ō ligno aloes hoc tñ est pro diuitibus posito de isto cochleari medio super prunas pro paupere ãt fiat suffumigatio vt infra. Rẽ. florũ rozarũ violarũ nenufaris añ. z. ij. turis masticis gariofferozũ añ. z. i. ʒ. misse ⁊ fiat vñs. Circa motũ ⁊ quietẽ dico q⁹ qz quies humectat ⁊ i materia melancolica intentio est humectatio. Ideo laudo qetem supra exercitiũ qñ ẽt in casu nostro vtraqz membra lesa sunt cura ⁊ lexio conseruatur per malam complexionem calidam coadunantem ad atrahendũ ẽt qz p motũ disponuntur materie ad deorsum cursum. iõ in vtroqz casu exercitiũ pedum est maxime vitandum ymo ⁊ statio super pedes verum qz nisi corpus aliqualiter exercitaretur dubiuz esset de multiplicando materias in toto ⁊ consequenẽ ab expulsiua membroruz superiorum ꝯiuncta debilitate membrorum inferiorum facile pellerent materie superflue ad inferioza vnde nocumentũ augeretur. iõ ꝯueniens ẽ corpus aliqualiter exercitari ⁊ qz exercitium crurium est incõueniens vt dictum est iõ loco ipsius conuenit exercitiũ factũ cũ fricationibus membrorũ maxime superiorum vt brachiorum ⁊ spatulerũ. Fiat igitur tale exercitiũ cum fricationibus leuiter factis p duas horas in mane ⁊ vnam horã ante cenam nõ fiat tamen nisi prius expulses superfluitatibus cõibus ⁊ celebratis duabus digestionibus vt stomaci ⁊ epatis vt patet cõiter. viij. horas a supposito cibo precedenti fiant aũt tales fricatiões in haere clause camere retificato sicut prius dictum ẽ ⁊ sint suaues fricationes ne si fortes fiant corpore iflato disponãt humores ad fluxum ⁊ ad adustionem. Laudatur ẽt exercitiũ factũ cũ naui vel suauiter equitãdo licet pp situz membrorũ istud ẽt nõ sit ꝯueniẽs Et in hoc ad curam harũ dispositionũ est habenda oio obseruantia qz est maxima pars cure sicut fortiter pedibus exercitari ⁊ maxima causa talium dispositionũ vt patet in itinerantibus ⁊ coram regibus assistentibus in quibus tales solent euenire dispositiones si ẽt talia corpora exercitentur exercitio manuũ vt in arte camosoria surcoria vl pectinatione lane vel alio huiusmodi in quo brachia exercitẽtur ⁊ nõ crura est laudabile multũ saluo si esset ars adurens vt ferraria vel vitrearia qñ p tales disponũtur humores ad adustionem que in casu vitãda sunt. De sompno aũt ⁊ vigilijs laudo q⁹ sompnus equetur vigilijs i virtute maxime in ellefantia qñ supflue vigilie adurũt ⁊ sompn⁹ superfluus disponit ad flã multiplicanduz q⁹ facile transit in materiam vere antecedentem. Et ſz dixerim ista equari debere in virtute nõ intelligo q⁹ quãtum ad tempus sit equalitas nam semper ferre vigilia debet esse plisioz sompno quantũ ad tempus. Sed sompn⁹. viij. ul viiij. horaruz ad pl⁹ in virtute equatur vigilijs horarum duodeciz qz tantum humectantur corpora p illud spacium in sompno quantũ exicantur per vigiliam moderati exercitij horarũ. xij. In uaricibus tamen breuioz sompnus conueniret ut patet. De repletione ⁊ inanitione dicaturq⁹ inanitio aliqualiter laudatur non laudo ieiunium quia preparat ad adustionem sed notabilem in vtroqz cãu laudo parcitatem quia minoratur materie apte transire in adustionem non est tamen ita atẽuanda dieta q⁹ si forte oporteret in varicibus post longum temp⁹ quãdo reliqua non ꝯtulissent deuenire ad cirogicam operationem vbi oportet virtutem esse constantem cõtingeret reperire virtutem debilitataz ⁊ sic non possemus ad operationem deuenire manualem. vt inferus videbitur. Supfluitates autẽ cões purgẽtur p vomitus leues cristeria ⁊ suppositoria. De passionibus animi breuiter dicetur qõ passiones nocent omnes que faciunt accidere caliditatem additam ⁊ supfluam sicut furoz. ⁊ Ira quoniam preparant adustioni que etiam faciunt accidere frigiditatem superfluam sicut timoz ⁊ pauoz etiam nocent sua frigiditate maxime in ellefantia sed que producunt caliditatem temperatam ⁊ frigiditatem temperatam tales cõpetere possunt vt producentes frigiditatem in varicibus sicut tristitia ⁊ inuidia ⁊ caliditatem in ellefantia vt gaudiuz ⁊ letitia ita exemplificauit aly secundo tegni comento. xxiiij. De anexo vt de coitu dico quod in pluribus nõ iuuat tamẽ in varicibus in corpore sanguineo ⁊ solito tali euacuationi stante obiecto etiam delectabili interpolando iuuat fiet tamen celebratis duabus primis digestionibus ⁊ cum sanguis est in semitra ad membra non tamen hora facimus sub tempore precedenti ꝛc. Quantum ad regimen i cibo ⁊ potu primo obseruentur alique regule prima q⁹ cibus eorum non sit crudus sed sit aliqualiter dese resoluens cruditatem ⁊ uentositatẽ precipue in ellefantia. Secũda ẽ q⁹ cib⁹ nõ sit grossus imo

subtilians grossum ut sit subtilis nutrimenti.

Tertia est quod oia oppillantia in cāu sunt no ciua siue oppillent p modum substantie vt grossa vischossa t inherentia siue oppillēt p qualitates vt sunt pōtica stiptica. Et hoc tamen nō iferat q̄ apperitiua in casu ꝺueniāt q̄z preparāt ad discursum humorū t sic nocēt. Quarta regula omnia fortia frigida cibaria nocēt oia etiā vehementer calida p hoc q̄ ad adustionē disponūt nocēt quinta regula cibaria ꝺuenientia debēt ad aliqualem caliditatē t humiditatē declinare magis tamē t minus scēm q̄ supra dictū est de materia diuersa nō sint tū substantie multū passibilis vel corruptibilis. Ex his regulis potes cozelarie inferre i particularibus quibus est vtendū t a quibus ē abstinēdum. Sit igitur panis eoruz frumēti mediocriter fermentat et aliqualiter furfureus vnius diei ꝺuorum aut trium nō multū i furno exicatus quē si habere ꝺigat cruste admoueātur. In carnibus ꝺueniūt carnes galinarū pinguium pullorum iuuenum pdicum fassianorum auicularum montanarū pinguium q̄ macre vt aliqui uolūt sunt melancolice pp siccitatem Carnes aūt edorū castratorū iuuenum vitulorū t sint elixate t non assate Sed si assate placeant ptes exteriores amoueantur q̄ aduste nocēt. Euitentur carnes vacine ircine. Lapine porcine siue sint salite siue nō bouine ēt t specialiter salite. Carnes ēt aquatice sunt vitande t siluestres animaliū multorū vt ceruiū leporine precipue q̄ pue sunt ad humorem melancolicum. Credo q̄ carnes capreoli iuuenis t danei iuuenis t cuniculorum conueniant. Caseus etiaz nocet t maxime antiquus fortiter salitus. Euitet lentes fabas t ollera omnia sicca vt erruca raffanum caules. Euitet omnia multū acria t salsa mltū. Pro integra doctrina huius vide. H. tertio interiorū ca. vii. vbi clare tc. Conueniūt oua sorbilia non tū multū frequenter precipue in varicibus corporis sanguinei q̄ sanguinem nimis multiplicarent t hoc itelligatur de cibarijs oīb⁹ multū nutritiuis pisces cōuenientes sunt petrossi t squamossi nō grossi corporis vtantur pane cocto in brodijs dictarum carnium valet far collatum cū zucharo brodetū cū zucharo vel cum lacte amigdularum dulcium quod i hoc cāu multū ꝺuenit. In secundis mēsis valent amigdule vue passe pinee alique t fistici vinū sit nō nimossuz neqz albū subtille penetratiuū sed sit medie substātie ad rubeū declinās mediocris potentie mixtū ēt cum notabili parte zucharī. Et in his sum contentus quātuz ad regimen in rebus non naturalibus. Expedito primo principali vt circa regimē obseruādum in dieta iaz cōsequēter restat circa vltē regimē scēm principale vt curatio cū medicinis circa cām antecedentem in toto existentē que in se multas includit intentōes vt preparationem t digestionē i materia secunda circa euacuationem diuersiuam t minoratiuā t tandem eradicatiuam dicte materie tertia erit circa confortationē membroruz ad generandum materiā laudabilez in toto maxime circa confortatōnē cordis t splenis t epatis vnde dicebat mesue in cura sede ab humore melācoli co. Circa oium egritudinū melācolicarū nō est expoliāda ab vno trium regiminuz primum ē regimen circa adequationē cause eius t ipsius digestionem t secundum regimē circa ipsius euacuationē supple t diuersionē tertium est regimen cō fortatiuū cordis supple t splenis vel epatis. q̄ tñ digestio propria materie maxime i ellefantia perficitur cum subtiliatiuis t calefactiuis t oppillationes aperientibus que medicie tute nō possunt exiberi remanentibus membris cōibus in. stoma co t iteſtinis qñ tales materie cōes per tales medicinas producerētur ad venas t eēnt causa maioris oppillationis. Ideo regulare ē primo tales materias cōes euacuare cū cristerijs vel materia secessiua. In casu igitur vt in ellefantia ꝺueniret cristere vt i fen. Ꝛ. maluaxmercurialis bletis añ. M. i. camomille furfuř frumēti añ. M. 5. buliant i debita quantitate aque vsqz ad debitaz cōsumptionē que debet esse parua t de collatura sumatur libra. i. 5. cui addatur cassie fistē. ʒ. i. 5. mellis roxati pul' zucharī añ. ʒ. 5. cū. ʒ. iij. olei cōis vel scis lini t. ʒ. ʒ. salis t fiat cristere t in uaricib⁹ loco bletis t camomille ponerem matrem uiolarum cum ordeo cū modico olei violati loco olei de semine lini per superius vero exiberi potest potio vt i fen. Ꝛ. cassie nouiter extracte de canis. ʒ. x. sirupi violati. ʒ. i. 5. in varicibus vel mellis violati in ellefantia loco sirupi violati cum decoctōe prunorum tamarindorum sebesten uiolarum oz dei q̄ sufficit in uaricibus t in ellefantia addatur parum anexi t feniculi in decoctione t fiat potio Facta autem uentris lenitione ueniendum ē ad propriam materiam antecedentem. Et quia i ellefantia duplex est materia antecedeñ scilicet materia flatica t melancolica ex flate ad hanc utrā q̄z in digestiuis t euacuatiuis debet esse intentio in ellefantia. In varicibus autez etiā est duplex materia antecedens ut sanguis super calefactus in uia ad adustionē t melancolia sanguinea igit t in varicibus ad vtrāq̄z debet esse intentio t qñ he intentiones contrarijs quodāmodo perficiuntur ut supra dictum est obseruabimus regulā. ꝺ. H. prima amfotismorum in comento conff. humi de diete tc. ubi dixit. In his ergo duobus contrarijs oportet ut fortior medicetur prius aliter tamē non negligatur sicut t idropici cum febricitāt tc.

In uaricibus igitur quia maioz intentio in materia antecedente est preuidere ne sanguis in melancoliam per adustionem transeat t cū frigidis completur quam sit ad ipsam melancoliam que cum aliqualiter calefacientibus digeritur ut supra dictum. Ideo cū digestiuis in casu appropriatis he intentiones secundum hunc ordinem saluabuntur. In ellefantia non est tanta diuersitas in intentionibus tamen est aliqualis que etiam in appropriatis obseruabitur digestiuum ergo in uaricibus conueniens t domesticum esse tale.

Recipe. sirupi accetosi. ʒ. i. sirupi de fumoterre

ʒ.ʃ. aquarū indie fumiterre ⁊ buglor. añ. ʒ.i. miſ
ſe ⁊ ſi materia eſſet groſſior ⁊ in corpore ſenili vt
in yeme loco ſirupi accetosi ponerē oximel ſim
plicis poſſem ēt facere iulep ex aquis appropria
tis pro delicatis vt in ſen. ℞. aquar cicoree lupu
lorum buglor. ⁊ fumiterre añ. ʒ.iij. aceti albi. ʒ.
i. ⁊ cum zucharo albo debite quantit clarificetur
iulep. Jn elefantia aūt ɔueniret ſirupus vt in
ſen. ℞. oximelis ſimplicis. ʒ.ij. ſirupi de biſantijs
ʒ.i. mellis roſati. ʒ.ʃ. aquarū meliſſe buglore ⁊
feniculi añ. ʒ.ij. clarificet pro duabus vicibus ⁊
romatizet cum modico croci poſſent fieri iulep
ex dictis aquis ſcōm modum ſupradictū. Et iſtis
ſirupis vtatur. vi. vel ſeptez vicibus maxime i ele
fantia pp indiſpoſitionē humoris anteq̄ fiat eua
cuatio in humore neq̄ in principio vt debemus
fortioribus digeſtiuis q̄ in qualibet materia groſ
ſa eſt habenda cautella ne fortia digeſtiua ⁊ ca
lefactiua ſubdito aplicentur ⁊ precipue in melan
colica ymo oportet gradatim materiā equare pri
mo ſubtiliando ſi ſit viſcoſſa vel humectādo ſi ſit
melancolica ⁊ conſequēter exhibere aliquid reſo
lutionē faciens cum mediocritate ⁊ propie eius
quod habilitatum ē vt ſonant mentes. d. A. preci
pue ⁊. Meſue in ca. de melia ⁊ .A. ēt ca. eodem
⁊ prius remiſſiora deinde fortiora. Et cum mā
fam digeri manifeſtatur tunc exhiberi poteſt ſo
lutiuū ēt ſatis debile in principio ⁊ reguletur pre
cipue in elefantia etiam habita intentiōe ad ma
teriam ipſam iam melancolicā factā ſm canonē
ēt ipſi⁹ meſue i ō cura cū dixit ſic ⁊ ſūt vba aurea

Regimē euacuantiuz materie. ſ. melancolice
cōplent tria cōſiderabilia in euacuatione hui⁹ ma
terie obſeruāda. primum eſt vt non ſemel ⁊ labo
riosaz ⁊ ſubitā faciam⁹ euacuationē: ſed p̄ iteru al
la habentē temperiē vt natura euacuationem ⁊
nō euacuatio naturā regulet: hoc eniz eſt p̄ceptū
Ypo. Subita eniz ⁊ violenta operatio vix a natu
ra regulatur: ⁊ eius operatio eſt ſicut impetus flā
me que ſubito in ſubtile agit ⁊ debile: ⁊ pretergre
ditur groſſuz: opus vero moderati caloris ē equa
liter in vtrāq̄z partē rei eliſſabilis: ⁊ aſſabilis age
re. ſcōm cōſiderabile eſt vt euacuatiuū ſit cōmen
ſuratū non excedens mediocritatē: ſed ſit extēſio
eleuatōnis eius nō recedens aut modicū recedēs
a gradu medicinarū i columū. Et tertiū cōſidera
bile eſt vt nō expolient ſolutiua a rebus leuitiuis
⁊ humectatiuis hoc. n. eſt q̄ opatōnē bonificat.
Et hoc ē cōe oīum egritudinū melancolicaruz vt
predixerat. Euacuatiuū igit ɔueniēs in varici
bus habēdo maxime intentionē ad mundificatio
nē ſanguinis eſſet ſumere. ʒ.vi. vel. vij. decōnis
capilli veneris quā ſcribit meſue diſtictiōe ſeptia
in principio ⁊ habita intentōe an materiā aduſtā
magis ɔuēirz ɔcoctio fumiterre ibidē poſita. poſ
ſet ēt fieri ſolutiuū appropriatū ſcōm hunc mo
dū. ℞. aque deſtilatōis fumiterre ⁊ buglore añ
ʒ.ʃ. tamarindorū flor fumiterre ⁊ ſene añ. ʒ. ij.
⁊ in fine decoctionis addatur Epitimi ⁊ cuſcute
añ. ʒ.i.ʃ. ⁊ poſt parū dimittantur ad ignē ⁊ dimit
tantur tepefieri deinde manibus fricentur ⁊ colle
tur ⁊ in collatura diſſoluātur Caſſie extracte. ʒ.
ʃ. ⁊ item colleniur ⁊ addantur diaſene. ʒ. ij. ⁊ pl⁹
⁊ minus ſcōm neceſſitatem hoc eſt appropriatū
vt p̄z. Si aut eſſet intētio ad materiā flaticā
cta est morbus hereditarius patet ubi propter influxum ad aliam causam ex parte reguinis sint debilitate iuncture pedum filij ita ut merito talis dispositionis sit tale corpus aptum faciliter in actualem morbum podagricum cadere ⁊ tamen pater uel progenitores non fuerint podagrici idem dico de matre tunc talis podagra in filio ex principijs generationis non debet dici morbus hereditarius ut patet ex supradictis. Tertia conclusio ubi nunq̃ pater uel mater actualiter uel habitualiter podagrici fuerint stat tamen in fetu generari podagram uel dispositionem habitualem ad facile actualiter sic patiendum pro merito talis dispositionis poterit dici talis ex hereditate cõtracta patet in casu ubi progenitores podagrici fuerint ⁊ propter dispositionẽ debilitantem iuncturas filij transfussam in filio mediante patre sano acquiretur in filio habitualis dispositio ut faciliter incurrat egritudinem actualem podagricaz manifestum est tunc q̃ talis dispositio debebit dici hereditaria q̃ apparentibus derelicta est in filio ergo ⁊c. Sed si forte dubitares hoc nõ esse possibile q̃ si auus fuerit podagricus ⁊ non pater tandem q̃ merito principij aui in patre fiat filius podagricus dicatur hoc esse multum possibile imo de facto est uerum in multis ut experiẽtia manifestat etiam ex sententia colligitur Aris quarto de generatione aialium ubi uoluit quod motus generantis quidam sunt in potentia propinqua q̃dam remota quidam remotiore ⁊ motus in potẽtia remota sunt motus proaui quoniã in patre relucet uirtus patris eius ⁊ aui ex cõsequenti non est impossibile qõ spiritus genitiuus in semine patris inclusus recipiat uirtutem informatiuam scõm motũ aui ⁊ non patris uel propter influxum uel aerez ⁊c. potest etiam contingere q̃ materia mestrual' obediat impressioni motus inducendi ex uirtute aui ⁊ non patris propter multas contingentias si considerabis ⁊ sic generabitur fetus scõm dispositionem aui ⁊ non patris ⁊c. Quarta conclusio Et si podagra etiam diuturna ⁊ habitualis in patre uel matre non necessario in filio hereditetur est tamen talis podagra ex suma egritudinum q̃ hereditantur ut dicit textus. hec conclusio quo ad primam partem probari posset. primo quoniã malitia in spiritu decisso a pede patris uel etiam malitia partis materie proportionata generationi pedum filij quelibet talis malitia posset in uirtute membrorum principalium corrigi ⁊ tũc nõ generabitur pes debilis possz ⁊ secundo talis malitia corrigi in uirtute astrorum. Etiam suppo sito qõ pater fuerit podagricus unde merito spermatis uirilis si materia esset receptiua impressionis dicti spermatis deberet generari dispositio similis in filio. stat quod materia non sit obediens imo dicte impressioni contrarietur quo casu posito nulla in pedibus similis dispositio cum patre generabitur ergo prima pars conclusionis uera secunda uero pars est sententia textus nostri ⁊ mens. d. A. secunda primi loco allegato in oppositum questionis ubi connumerat podagram inter morbos hereditarios potest etiam ratione probari quoniam omne genitum producitur secundũ dispositionem generantis nisi generans fuerit impeditum sed cum sperma uirile quod prolificum est ut plurimum obtineat supra materiam generationis sequitur qõ disponet materiam secũduz ipsius dispositionem cum igitur sperma dictum ab habitualiẽ podagrico prolificum existens sit quadam dispositione secundum partem spirituosam a pedibus dictam qualificatum talem uel consimilem dispositionem in pedibus fetus producet. Sed hec talis dispositio est egritudo ut dictum est in corpore questionis igitur egritudo in patre hereditabitur in filio ⁊ sic est ex suma eorum que hereditantur. Posset ẽt aliter probari sed ad presens sufficiat Jaz restat respondere ad argumenta principalia facta ante oppositum. Arguebatur primo sic si quomodo foret vera maxie esset pp motiuũ. d Aui. q̃ sperma est dispositũ secundũ complexionez generantis ⁊c. Sz q̃ hoc fundamentum non esset sufficiens declarabatur pp duo primo q̃ sperma prolificũ videtur simile i toto ⁊ partibus igitur ⁊c. dicat breuiter qõ licet videatur simile quãtũ ad partem corpulentam secundũ quã tamen non est simpliciter simile tamẽ secundũ partem spirituosaz in eo inclusam ẽ multum varie virtutis secunduz vt i ea parte existũt vel formaliter diuersi spiritus diuersorũ principalium mẽbrorũ etiã aliorum ꝑticulariũ multorũ vt saltem spiritus genitiuus uirtualem diuersitatem dictorũ spirituũ ꝺtinet vñ pp talẽ varietatẽ nõ icõuenit uario modo i diuersis mẽbris uarias ꝑmi dispositiones ⁊c. maxie cũ virtus informatiua ꝓcipue ⁊ in mẽte in dicto spiritu vel spiritibus fundetur ⁊ sic sit ad primũ responsum. Arguebat' scõo destruẽdo fundamentuz q̃ si verum id esset pp id q̃ sperma ex omnibus decidit' mẽbris sed hoc ridiculum dicebat' de mente Aristot. qui ꝑbabat ꝺrium ⁊ ibi est inductum dicatur breuiter cõcedendo cum pbo q̃ sperma nõ fit scõuz materiã dissolutionis mẽbrorũ pp motiuum suum verũ tñ sperma sicut ⁊ sanguis mestruus fit ex materia quadaz qua potuissent membra nutriri ⁊ ex fere simili nutriuntur. Et cuz eadem sit materia nutricationis ⁊ generationis secundum uarietatẽ nutricationis diuersorũ membrorũ fit etiaz varietas generationis diuersorũ membrorũ ⁊ cũ diuersis qualificationib⁹ vnde nõ inconuenies generari pedem debilem uel pp materiam proportionatam generationi pedis sic esse qualificatam uel pp spiritum a pede debili decissum sic esse qualificatum ⁊ debilitatum ⁊c. vt dictuz est in questione.

Ad 5m principale cum arguebatur Febris nõ est morbus hereditarius similiter neq̃ idropes ergo ⁊c. ⁊ confirmabatur q̃m q̃ cũ in spermate duo tñ consideremus principium. s. materiale quod ẽ

superfluum vltimi alimenti quod est ex epate .t formale .i. pars spirituosa que maxime a virtute cordis dependet vt dictum est sequitur q3 si maculato mēbro particulari vt pede sanguis uel spiritus inde decissus pp id maculentur t exinde mē brūz proppinquale quod exinde generatur remaneat debilitatum sequitur q3 multo magis epate vel corde lesis existentibus tc. dicatur primo probabiliter q3 in talibus membris morbi nō possunt diuturnari nā propter membrorū principalitatem si stet notabile virium in his membris t per tempus perseueret ad mortem deducet t ex dictis superius non fit morbus hereditarius nisi ex morbo diuturno vel dicatur aliter t clarius t fundamentalius ad materiā q3 morborūz in membris principalibus quidam sunt morbi simpliciter tales secūdum quos t si non fiat lesio in consuetudinarijs operationibus per tales tamen dicta mēbra sunt apta facilitez labi in egritudinem nunc sicut esset debilitas cerebri naturalis siue sequens malitiaz complexionalem siue non per quam tale corpus aptum est cadere in vīginem vel alios morbos actu tales idem dico de debilitate cordis naturali vel habituali ēt ex tempore secundum quam t si ipsum cor non sit actu egrum faciliter trī ex modico vapore sibi cōiacto vel ab itrinfico vel ab extrinfico aptum est cadere in liporomiā tremorem cordis vel syncopi t de huiusmodi egritudinibus simplr non est dubium q3 si sint in altero parentū t non corrigantur per alium uel aliam causaz tales sunt maxime morbi hereditarij t de bis intelexit Joh. damascenus prima particula suorum Amf. cū dixit. Quēadmodū taz viciorū aīq3 figure corporis a parētib⁹ cadit hr̄ditas ita quoq3 morb⁹ diuturnari⁹ t maxie si fuerit i principali morbo. Si autē dicti morbi in membris principalibus fuerint actu tales ut idrops epatis vel febris cordis. tunc de tali dispositione principaliū talem possumus facere considerationē: quoniam aut materia uel spiritus ab illis membris dicisa taliter est qualificata: qz nequaquā corrigibilis est a virtute informatiua viri: t tunc dico q3 tale mestruuz nō est aptū generationi: t consequenter non fiet morbus hereditarius i filio. Jdē dico de spiritu decisso ab epate viri ydropici: qm̄ mala dispositio in eo ē talis q3 virtute aliorūz spūz inclusoz in spiritu genitiuo non pōt corrigi nec etiā a bonitate mestrui mulieris: t tunc dico etiā q3 tale sperma virile nō est prolificū. t sic consequēter non fit morbus hereditarius: t hanc causam prolificationis exp̄sit d. Auice. ii. tertij. cap. de sterilitate t difficultate impregnationis cū dixit. Et de genere quidem spermatis exquo non fit generatio est sperma infātis t patientis nausatiuā satietatē t ebrij t senis t eius qui pluri⁹ vtitur cohitu: t cuius corpus non est sanuz: intelligebat principaliter de egritudine talium membrorū principaliū: t non omnium mēbrorūz indifferenter: quoniā alia membra particularia cum sunt debilia t egra non propter hoc prohibent: quin sperma vtplurimum reddatur prolificum: quoniā generatio non fit principaliter i virtute illorū membrorum sed principalium: licet in uirtute illorū fiat particulum assimilatio mēbrorum ut supra dictū est. Jdeo notanter scōa tertij de spermate generante t ñ generante dixit. d. A

Et spma habentē mēbra debilitata raro gnāt sanuz in hijs uerbis denotatur stantibus dictis mēbris debilibus uel infirmis possibilitas generantis t similitudo generati Si uero talia membra cēnt lesa egritudine fm quam malitia in spiritu impssa esset corrigibilis: quia debiliter impressa: ut esset calidiē in spiritu in certo febriente remouibilis p frigidiē mestrui mulieris: dicerez tale sperma esse prolificū: t non ppterea fiet morbus hereditarius: t ratio est qz talis spiritus in semine inclusus non remanet generans fm illam talem accidentalem dispositionez inductaz a generante: imo illa remouetur utpatet: imo fortius dico qō possibile est pp dictam caliditatē iductā a generante tale sperma cum hac muliere fiat prolif cū propter frigiditatē mestrui mulieris: ubi si fuisset in qualitatib⁹ temperatum non fuisset prolificum: t hoc quia p hāc caliditatez deuenitur ad temperatiē quoddā tc. Et hanc sentēriam exp̄sit. d. Auic. xi. tertij. capl'o allegato cum dixit. Et loquebatur secundum medicorum sententiam de sperm ate mulieris. Et quandoq3 diuersificantur duo spermata propter causam malicie complexionis in uno quoq3 eorūz qō cum alio non equatur: imo addit ei corruptionem. Nam cum permutant vel supple alteruz tātum permutatur inuenit vnūquodq3 amboruz qō equat ipsum cum contrarietate tc. Eandem sententiam explicuit Arist. xviij. de animalibus vbi dixit quoniam omnia naturalia t artificalia non fiunt nisi propter terminum t temperantiam tc. Addit. Euenit quod Jnuenes non generant t cū iuerint in etate generabunt breuiter igitur respōdendo ad motiuuz t confirmationem dicatur argumetum hoc non valere idrops uel febris nō hereditantur cum sint morbi principalium membrorum ergo neq3 egritudines particulariuz morborum non hereditabuntur. argumen. non valet per media que aducta sunt supra t hoc est fundamētum quia ad hoc quod sperma sit prolificum requiritur debita dispositio principaliuz t consequēter spirituum inde decissorum t non fit particularium vt patet t sic fit responsum ad totam difficultatem t consequenter ad questionem tc. lege tuām t est tota ista pa clara.

Et multotiens quidem tc.

Jste est tertius specialis cañ circa istam materiā t est multum notabilis t menti tenendus. dicit t multotiens fit curatio doloris iuncturaruz t ꝯfortatio eaz t expulsio materieꝝ ab eis cā ad pnicie et aducēs rōnē dicit qm̄ ille superfluitates q3

consueuerũt supfluere supplẽ toto ꝛ puenire ad iuncturas currunt alibi.i. ad alia loca facientes cadere habẽtẽ eas.s. supfluitates in timore No tandũ ꝓ intellectu ꝓis de mente Aueroys quinto coll'z q; via medicandi doloreꝫ ẽ triplex vna ẽ remotio cause doloris scõa stupefactio membri tertia impressio delitie in membrũ ipimẽdo qualitatem membro conformẽ ꝛ ista ẽ que vere dicit̃ medicatiua qm̃ in primo genere vt ibidem dixit Aueroys cadunt multa genera medicinarum ut solutiuaruꝫ digestiuarum ꝛ resolutiuaruꝫ ꝛc. ſm genus est tantum medicatiũ per accidens prohibendo sensatõnem mẽbri. Idem ẽt ꝛ similibus verbis dixit secundo canticoꝝ expresse. In proposito Aui. ibi loquitur de medicatio doloris quãtũ ad primũ moduꝫ qui est remotio cause que ꝓpr̃ debet dici curatio q; aliud genꝰ medicañ doloreꝫ Ideo dixit multotiens quidem fit curatio ꝛc. Attende tñ q talis remotio cause doloris aliq̃ fit alterando qualitatem cause doloris aliquando euacuando cum solutiuis aliq̃ repcutiendo ne fluat ꝛ membrũ confortando. Curatio aũt doloris q̃ completur cum euacuatione materie siue sensibiliter cũ farmaco siue cum resolutiuis nõ est illa q̃ timorosa sit qz per euacuationẽ materie nõ habilitantur alie materie ut fluant ad principalia illa ẽt que perficitur alterando qualitatẽ cause materie in iuncturis non redditur timorosa ut patet illa autem que cõpletur cum repcutiuis ꝛ confortatiuis membri illa est que suspecta est ꝛ de hac est textus noster propterea dixit ꝛ multotiens quidẽ fit curatio doloris iuncturarũ ut iuuat uiaꝫ medicationis doloris que fit ꝓ ablationem materie eẽ suspectam ꝛ non illam que ꝓpr̃ dicitur medicatiua ꝛ quoniã non quelibet talis est suspecta ſz eatñ que fit confortando ꝛ repcutiendo membrum stipticando ꝛ consequenter ꝓhibendo ne ulteri9 dicte materie recipiantur explicuit continuando de qua amotione cause intelligit dicens ꝛ confortatio earũ ut ly ꝛ teneat̃ expositiue.i. amotio cause que fit cum confortatione membri ꝛ expulsione materieruꝫ ab eis talis ẽ que suspecta est ꝛ est causa ad pniciem ulterius considerañ q; sentẽtia textus verificatur de dolore iuncturarũ qui fit ꝓ uiam defluxus materie ꝛ non ꝓ uiam paulatine congestionis materie in iuncturis qz i illa que fit ꝓ uiam congestionis materie uera curatio facta euacuatione materie est membri cõfortatio neqz propterea fit timor defluxu materie ad alia membra qz non supfluunt in toto ut supponit̃ sed cum in toto supfluunt ꝛ consequenter consueuerunt fluere ad iuncturas tunc stipticatio iuncture ꝛ cõfortatio est timorosa ꝛ ideo ad hoc declarãdũ dixit. quoniam ille supfluitat̃ que consueuerunt superfluere ꝛ peruenire ad iuncturas ecce q; loquitur de ea que fit ꝓ uiam defluxus peruenium ad mẽbra principalia ꝛ si non trabuntur ad iuncturas i.cum efficiunt timorem ꝓ repcussionem factam ꝛc. ꝛ non inuenimus otrahendo ad iuncturas ꝛc. uel aliter si non trabuntur ad iuncturas .i. si ꝓhibentur ne moueantur ad iuncturas currũt ꝛc.

Ulterius notañ qõ notanꝫ dixit multotiens qm̃ non semper istud sequitur nam facta confortatione iuncturarũ ꝛ repcussione non potente natura transmittere materias que in toto supfluũt ad iuncturas forte extra corꝰ euacuabit ꝓ manifestos canalles ut per fluxum sanguinis nariuꝫ si fuerit sanguinea uel per sudorem si fuerit collerica uel per fluxum uentris ꝛc. ꝛ sic non sequeretur timor ubi ẽt ꝓpr̃ uarietatẽ in regimine unde materie nõ multiplicarenꝫ uel aliter ꝓ artem euacuarentur materie cum sunt in toto multiplicate fluere ad iuncturas ꝛ non fiat ꝓmutatio i regimine neqz ex ꝑte dicte neqz ex ꝑte euacuationum tunc utplurimum cuꝫ fit ꝯfortatio iuncturarũ ẽ timor deꝓditõe ꝓpr̃ cãm quã adducit.d.A. in hoc textu.

Uolentibus ergo nobis uere curare apodagra uerbi gratia: qz in hac est maior timor q̃ de dolore aliarum iuncturarũ ꝓpter maiorem promptitudinez ad materias recipiẽdi.facta euacuatiõe materie anteq̃ simpliciter repcutiamus ꝛ cõfortem9 pedes: prius ordinemus dietã puisinaz a multiplicatione materie fluxure: etiaz ubi fuisset talis doloz creticus ut de mense in mensem ante terminũ futuri fluxus euacuemus aliunde materiam: ꝛ sic corpus munduꝫ conseruabitur: ꝛ a doloribus iuncturarũ: ꝛ ab alijs morbis cretice euenientibus: ꝛ isto casu poterim9 factis euacuationib9 ꝑseruaꝛ a doloꝛib9 iuncturarũ: cõfortando iuncturas sine timore: ꝛ uti illis de quibus infra erit sermo cũ determinabitur de cautela a doloribus iuncturaruꝫ alias si corpus fuerit intẽperatũ: ꝛ nõ uelit subici regimini dicte: ut ego multos homines cognoui q̃ malũt habere aliquãdo dictos dolores q̃s se abstinere a multa potatione uini: precipue albi potentis: ꝛ etiã nolũt obedire medicinis: isto casu debemus esse cauti in cõfortat̃ iuncturarũ ꝛ ꝓhibitiõe fluxure materie: ꝛ ꝑcipue quãdo de multo tẽpoꝛe fuerit habituatus fluxus. Et hoc principaliter itẽ debat.d.A. in textu ut nos cautos redderet ꝓpter timoreꝫ de quo in textu fit mentio: lege litteram.

Et multotiẽs quidẽ fit curatio .i. meditatio doloris iuncturarũ cuꝫ amotione cause doloris: que ꝓpr̃ dicitur curatio ad differentiã mitigationis: que fit cũ stupefactione membri uel cũ ipimentibus delitiã in membro. Addit: ꝛ confortatio earũ ꝛ expulsio materierũ ab eis.i. amotio cause: que nõ fit cum euacuatiõib9: ꝛ resolutionib9 ꝛ remittẽtibus malitiã materie: sed cũ confortatione earũ iuncturarũ ꝛ repcussione: talis amotio materie ẽ causa ad pernitiem: uel aliter dicatur: q; curatio doloris.i. mitigatio que fit cuꝫ euacuatione cause que debet dici curatio: ad quã euacuationem materie sequitur confortatio ipsarum iuncturaruꝫ ꝛ expulsio materierum ab eis: talis subsequens confortatio ꝛ expulsio materierũ fit causa ad pnitiẽ ꝛ hoc sepe fit: qm̃ euacuata materia medici ne fiat recidiua ꝯfortãt iuncturas ꝛ apponũt repcussiua supiũcturas cõiter: ꝛ in hoc ẽ error: nisi ꝑ tẽdam9 retificatõi corꝓis cũ dieta ꝓueniẽti ꝛ euacuatõib9

vt supra dictum ē pp cām adductam in textu. qñ ille superfluitat̄ que ꝯsuete sunt ꝛc. ꝛ iste intellect⁹ uidetur clarior lege tu totum textum qz clarus ē Sequitur illa pars.

Et aptiora tempora Ista ē ꝗrta pars prime principalis ca. in qua ipse principaliter ponit que tempora sunt aptiora ad euentum dolorum iuncturarū ꝛ duo facit principaliter qñ primo facit qđ dictum est secundo ponit quoldaz canones speciales secunda ibi. Et cum sucurrit doloribus ꝛc. igitur ponendo canonē ꝛ reddendo cām illius dixit. Et aptiora tempora ad hoc vt in eis eueniant dolores iuncturaruz ꝛ podagra. i. precipue podagra sunt ver propter motū sanguis ꝛ humorū in eo ꝛ auptūnus propter malitiam humox ꝛ digestōis ꝛ antecessionē dilatationis pororuz in estate ꝛ ex calore q fortis fit i die. Pro itellectu ptis aduerte qꝺ in isto textu fm qꝺ dīs Aui. expressit duo tempora in quibus maxime eueniūt dolores iuncturarū. s. ver ꝛ autūnus: ita etiam si bene cōsideretur: explicuit duas cās generales euētus doloris iūcturarū. s. cām per viam defluxus ꝛ hanc appropriauit veri. Et ideo dixit. Qz ver pp motuz sanguinis ꝛ humorū in eo est tempus aptum ꝛc. Ecce explicuit cām defluxus intellexit ēt causam doloris iuncturarū factam per viam paulatine cōgestionis ꝛ hanc appropriauit auptūno ꝛ hoc mō unuebat cum dixit. Et auptūnus pp malitiam eorū humorū ꝛ digestionis supple malitiam est temp⁹ ꝛ qz mala digestione facta in mēbris vnde mali generant̄ humores ꝛ uirtutes membrorū particulariū ꝛ iuncturarū reddunt̄ ipotentes ad expulsionem superfluitatuz unde ꝯsequenter agregantur ꝛ sunt causa ꝛc. licet ista causa possit esse causa doloruz per viam defluxus ut pater consideranti dicta superius addit. Et antecessionem dillatationis pororuz in estate. Intellige qꝺ propter talē antecessionē dillatationis facta resolutione in uirtute in auptūno coniungitur uirtus debilis que causa est ꝛc. Et ad hanc uirtutem ut debilitet̄ adiuuat diffformitas tempox auptūni ideo addit. Et ex calore q fortis fit an die ꝛ supple in nocte aber in frigidatur hec enim inequalitas facit ad debilitatem uirtutis ꝛ sic tales cause faciunt ut aptiora tē pora ad euentum talium dolorum sunt uer ꝛ auptumnus ut dicit textus. In uere quidem propter fluxum humorum ꝛ in auptūno propter malitiam digestionis: ꝛ adducens causam talis malitie digestionis i auptumno dixit hoc supple fieri ꝓpter uirtutez esse debilitatā tunc: ꝛ hoc propter antecessionē dilatatōis. s. tēpore pororum: ꝛ consequenter resolutionis facte: etiā ꝓpter iequalitatē ꝛ diffformitatē tempoz ipsius autūni: ex calore q fortis fit in die: ꝛ supple infrigidatur aer in nocte. Similem sententiā huic: quantū ad secundā partem textus posuit. H. z. anffo. cōmēto. xvi. legelitteram quia clara est.

Et cum sucurritur Ista est scōa pars hui⁹ partis que in duas diuiditur: qñ primo ponit quosdā canones ꝓnosticos circa istā materiā. secūdo ipse reddit ad aduceñ. causas doloꝝ iuncturarū quo dāmodo eas epilogando: scōa ibi. Et de habentibus dolores iuncturarū ꝛc. prima aducit i duas fm duos pronosticos cañ. quos ponit: scōa ibi. Et quando apparent uarices ꝛc. De prima parte ponendo primū cañ. pronosticū dixit. Et cum sucurritur doloribus iuncturarū in primis cū apparent fit eorum cura facilis. Qđ si confirmentur ꝛ ꝯsuescant proprie illi qui generati sunt ex humoribus diuersis nō curantur. i. multū difficiliter curantur ratio cōclusionis quantū ad ambas partes videt̄ esse clara: nam in principio mēbra iuncturax nō sunt adhuc debilitata: neqz habituata ad materias recipieñ. vnde faciliter possunt materie cum fluunt ad alias permutare vias: mēbra etiaz satis faciliter possunt confortari: cū non sint multum debilitata: unde non recipiēt: ꝛ sic facilius erit eorum cura cū apparent in principijs: ꝛ maxie hoc dictū est uerum de ea que fit per uiaz defluxus: lz etiā uerificari possit de ea que fit per uiam paulatine congestionis ꝓpter mēbrum a principio non multuz debilitatū posse a principio faciliter fortificari. Econtra uero ꝛ est ratio scōe partis cuz huiusmodi dolores sunt cōfirmati ꝛ consueti non faciliter curātur: tamē qz membra iaz sunt facta debilia. ꝛ meatus sunt amplificati ꝛ relaxati: ꝛ natura accepit cōsuetudine se exhonerare ad illa membra: ꝛ cum consuetudo sit alterata: quedam natura difficulter multū possunt mēbra retificari maxime inferiora ꝓpter situm ut in podagra ꝛ sciatica. In ciragra autē propter mobilitatē manuū ꝛ ex consequēti dispositionē naturalez passiuam l atrabēdo materias difficulter disponūtur ne recipiant: relique etiā iuncture saltez facte sunt apte propter laxitatē uiarum ꝛ ipsarū debilitatem ad recipiēd. si ex multo tempore sint ꝯsuete: ꝛ sic oēs difficulter curātur: ꝛ precipue difficulter curant̄ illi dolores qui generati sunt ex diuersis humorib⁹ ut dixit textus: quoniaz in talibus debilitatis iuncturis ex multiplici malitia complexionali diuersarum materierū male: ꝛ difficulter multuz talis membrorū malitia est corrigibilis: etiaz ex parte regiminis dicte ad prohibitionē diuersaruz materierū difficilis habetur ocdiatio: ꝛ sic tales assueti dolores difficulter multum sanantur. Aduertendum tamen qꝺ facilitas curationis talium doloꝝ in principio non est in omnibus equalis: imo multum diuersa magnam in se continens latitudinez quoniā in illis qui sunt naturaliter fortes in operationibus membrorum: sed propter indebitū tantū regimē icurrāt dolores iūcturax ut podagrā: vbi gratia: qz multū pedib⁹ exercitāt̄ cū usu multi coit⁹ ꝛ potatōe vini multi subtilis: ꝛ comestiōe aceti ꝛ multa mora pedum in aqua frigida post exercitium laboriosum ꝛc. Isto casu in primis cum apparent faciliter curantur si amicus obedire velit ꝛ maxie faciliter. Sed si ꝓp malitiā naturalē membrorū radicaliū ꝛ dilatationē meatuuz. cum malo

regimine fiant tales dolores tunc in primis cū apparent fit curatio facilis nō tamē ita facilis sicut in primo cāu vbi aūt cum cōditionibus dictis cō iungatur debilitas i iūcturis ex principiis gnātibus apparentibus vt sit morbus hereditarius ad mōz superadictum ⁊ si in primis cū apparēt tales dolōr quadam facilitate magis facilius curētur ꝙ si cū eisdem condictionibus ɔfirmentur ⁊ cōsuescant tū difficulī satis curātur. Et sicut dictū est ꝙ facilitas curationis dolōz in principio cū apparent in diuersis est inequalis fm varias circūstantias ita intelligatur de difficultate curationis taliuz doloruz cū ɔfirmant ⁊ ɔsuescunt ꝙ talis difficultas ē inequalis qñ in aliquibus cū certis circūstantijs ⁊ minor ⁊ in aliquibus maior vt patz intelligenti. Et ex hoc clarus intellectus discurrere poterit ad multa subtilia. s. ꝙ aliquis talis dolor i principio cum manifestatur difficilius curatur ꝙ aliquis certus datus ɔfirmatus ⁊ aliquis est aliqualiť curabilis ⁊ ꝙ aliquis ɔfirmatus potest dici faciliter curabilis ⁊ ad multa alia si considerabis que vidē tur incōuenientia ⁊ tamen nō sunt qz omne facile est aliqualiter difficile ⁊ oē difficile est aliquo modo difficile vt alibi habet videri ⁊c. lege tu litteram clara est ex dictis.

Et quando Iste est secūdus casꝰ pronosticus huiꝰ parť ⁊ est clarus dicit. Et qñ apparent varices in habentibus dolores iuncturarū ⁊ podagraz. i. precipue podagrā est earū sanatio ꝙ eas. s. est signum sanationis dictorum doloꝝ qñ signum est ꝙ materia que solebat fluere ad iuncturas precipue ad podagrā vel pedum iam conuertitur ad alias vias qz si recipitur in venis per tibias protensis quod manifestať ex varicibus tibiarū de quibus principaliter itē dit.

Et de habentibus Jā in hac parte ipse recapitulat sumatim causas euentus doloruz iunctura rum que breuiter sub hac dispositione comprehē duntur ꝙ tales cause vel sunt primitiue ⁊ quodā modo extrinsice uel corporales si extrifice sic se tenent ex parte mali regimis ⁊ hanc primā causam expressit in prima parte si sint corporales vel hoc est qz tales iuncture sint debilitate naturaliter qz si ex tempore magis se tenebit ex parte cārum extrinsicarū ⁊ sic naturaliť i eis dicimus ēē corruptionem forme mēbrorū. i. dictarum iuncturaruz vel hoc euenit ex parte instrōrum dispositione vt qa vie sint late ad fluxum habitantes versus iuncturas vel hoc est ex pte malitie complexionis membrorum radicalium unde pp dictam malitiam fit in ipsis generatio maloruz humoruz ⁊ ex ɔsequēti fluunt ad iuncturas uel supple hoc accidit ex oibus istis causis uel aliquibus earum certo medo conbinať ut patebit intelligenti ⁊ has omnes cās ipse recte expressit in textu legenti lťam lege ergo eam. Et de habentibus dolores iuncturaruz q dam sunt qui sibi superuenire eos faciunt pp malitiam sui regimis ecce assignat causas primitiuas que sub certo modo sc̄ōm uoluntatem nostram nobis occurunt. Jccirco dixit sibi ipsis eos. s. dolores superuenire faciunt quasi dicat ex imperio uoluntatis eorū ipsis eueniāt. Et de illis sunt super quos euenire facit eos. s. dolores corruptio forme i. debilitas naturalis mēbrorū eorū. i. dictarū iuncturarū ⁊ hec ē una cā corporalis addit. ⁊ dilatatio meatuū uenarum uel supple arteriaruz eorū. Et hec est secunda cā instrumentalis: sequitur ⁊ generatio humoꝝ maloruz in ipsis ꝓpter malitiā cōplexionis mēbrorum radicaliū. s. maxime principaliū: ⁊ hec est tertia causa ctiā corporalis: ⁊ sic omnes expressit: ut patet: ⁊ nota bene istaz diuisionē: qz ad istaz reduci possunt generaliter omnes cause: qz ibi explicantur mēbra nutrientia ⁊ recipientia cum habilitate mittendi.

Et quandoqz In hac ultima ptcula quarte partis ptis parť principalis. d. A. ponit unuz cās cōtingentē circa dolorē iuncturaruz: ⁊ breuiter dixit. Et quādoqz cōmouentur dolores iuncturaruz in febrib⁹. i. ubi alias euenerunt: ⁊ cū fuerint quietati quandoqz in febribus superueniētibus cōmouentur. i. fit dolor recidiuatio ꝓpter febres. Addit: Et coz eleuatio sicut ipsi quādoqz ueniūt in febrib⁹. i. sint dicti dolores: aliquando incipiunt euenire in febribus: similiter fit eorum in febribus aliquādo eleuatio i. remotio. Causa taliū cōtingentiarū sumitur ex hoc. Nam in febribus propter aliquationē humorum ⁊ subtiliationem ipsoꝝ contingit ꝙ in corpore in quo alias solebant euenire dolores huiusmodi ꝙ facta tali subtiliatione in humoribus propter febrem currunt humores ad iūcturas ad quas fluere solebant ⁊ sic cōmouentur pp febres ut in prima parte dicebatur ēt pp febres membris debilitať pp indigestionem multiplicantur humores ⁊c. Et propter istas causas ɔtingit ut in febribus incipiant apparere ubi tamen nunquaz ante apparuerant ⁊ hoc maxime uerum est in corporibus debilium iuncturaruz naturaliter sicut in illis in quibus ē egritudo simplicitez talis ex hereditate ⁊ non actu talis sed superueniēte febre fit actu talis ⁊ hoc dicebat i ultima parte textus cōtigit ēt ꝙ propter febres fit eleuatio ⁊ remotio doloꝝ iuncturarum qñ contingit iuncturas debilitatas esse ex malitia complexionis frigide ⁊ propter febrem fit remotio talis malitie complexiōalis etiam si sit cum materia sicut de febre in spasmo naturali contingit ubi ēt propter febres si cuz materia febris euacuata per sudorem uel per urinam euacuetur ēt materia fluxura ad iuncturas continget ꝙ in tali febre fiet amotio ⁊ eleuatio talium doloꝝ iuncturaruz ⁊ sic febris sicut aliqñ est causa euentus talium doloꝝ ita est aliquādo causa remotionis similium dolorum ⁊ hoc est quod dixit lege lťam claram.

Siatica uero Ista est secunda pars principalis capituli in q̄ specialiter ipse descendit ad declarandum de doloribus specialium iuncturarum ⁊ duo facit

principaliter qñ primo determiat de siatica ⁊ do
loze anche secundo ipse vltimate ponit duos ca
no. pronosticos absolutos ⁊ generales circa dolo
res iuncturarū. secunda ibi in fine huius partis.

Et qui habet dolorem Anche ⁊c. prima pars
adhuc i duas diuiditur qñ primo determinat de
siatica scōo de dolore Anche scōa ibi dolor vō an
che prima adhuc in duas qñ primo ipse manife
stat qd sit siatica p eius accidentia scōo ipse ponit
modū aliqñ determinationis eius fa ibi ⁊ quādo
qz soluitur in eo natura ⁊c. de prima parte primo
ponit vnum generale de siatica dicens. Siati
ca vō est de suma doloris iuncturarū consequen
ter adducendo accidentia siatice quibus ipsa sia
tica cognoscitur ab alijs doloribus iuncturarum
ponit quinqz per ordinē. Primū est q siatica est
dolor qui incipit a iunctura Anche ⁊ descendit re
tro ad cossam ⁊ quandoqz extenditur vsqz ad ge
nu ⁊ calcaneum dicit scōo ⁊ quanto plus prolun
gatur spacium eius additur eius descensio ⁊ scēm
materiaz in paucitate ⁊ multitudine sua dixit se
cundo. Et qñqz ptendit vsqz ad digitos dixit ter
tio. Et extenuatur ex eo pes ⁊ cossa dixit quarto.
Et in fine eius dilectantur compressione ⁊ deam
bulatione pauca super extremitates digitorū suo
rū dixit quinto. Et fit ei difficilis curuatio ⁊ equa
tio erectionis. Pro intelligentia parē est aduer
tendū q licet siatica sit de suma doloris iunctura
rū vt dixit textus tū auctores de siatica precipuū
faciunt ca. vlt. Lapl'um doloris iuncturaz ⁊ ratio
est quā ponit Rasis in dispositionibus ca. proprio
in principio quoniā iunctura Anche est iunctura
multū profunda ⁊ super ipsam est caro plurima
super quam non apparet signuz apostematis ma
nifeste sicut in alijs ēt in cura talis doloris ē diuer
sitas a cura dolorum aliarū iuncturarū ideo ⁊ si
militer. d. A. postquā determinauit generaliter ō
doloribus iuncturaz absolute iaz specialem facit
determinatōnē de siatica ⁊ dolore Anche ideo ut
hoc declararet dixit in principio textus. Siati
ca vō est de suma doloris iuncturarū tū supple de
siatica ⁊ dolore Anche fiet specialis determinatio
oifferenter ab alijs ⁊c. Secundo notanduz pro
euidentia huius partis ⁊ sequentē qō licet ancha
large aliqñ sumaf pro omni osse exīte circa con
catenationem illam vbi osse ꝺiunguntf dorso que
sunt in toto añ ⁊ retro sex vt volunt auctores quo
modo sumebatur quarta problematum scōo pro
blemate cuz querebatur qr est q occuli ⁊ anche
eorū qui plurimo utūtur cohitu sensibiliter cōpa
tiuntur ⁊c. ibi sumebaf ancha large p ol tali osse
taliter ꝺiūcto. In proposito aūt aliqñ per anchaz
intelligimus stricte illud os latum multorum late
rū in cuius extremitate est foramē in quod ingre
ditur extremitas ossis rotundi dicta uertebraz qō
est extremitas ⁊ caput ossis cosse quā cōcauitatē
sic appellamus ⁊ sic doloreꝫ factū in dicta iunctu
ra qua alligatur uertebrum in pisside anehe. i. in
cōcauitate dicti ossis dolorē siaticum appellam⁹
⁊ aliqñ siaticā passionem ⁊ hoc modo sumpsit. d.
A. i textu isto: infra tū cū dolore anche erit deter
minatio: sumitur ancha magis large ut supra de
mente Aristotilis sumebaf p siaticā: ergo intelligi
mus egritudinē siue dolorē dicte iūcture uel ꝺcate
nationis que est vertebrū cum pisside anche que
iunctura est in homine ad motū rectū pgressiuū:
maxime necessaria: qz fm eā fit elleuatio cosse: ⁊
eius icuruatio: ⁊ ad eandē iuncturā vario ⁊ mul
tiplici mō alligaf cozda ⁊ grossa uenīēs a muscu
lo magno: q oibꝰ musculis corpis maioz existit: vt
dixit. d. A. ꝑia primi ō anotomia musculoz cosse
qui muschuli siluestrē uel extrinsicā partē cosse ⁊
intrinsicā ⁊ os femoris ⁊ totā anchā cohoperit ori
ficiū ad policē distinguit: dicit quo mediante mu
schulo per cozdā circa ipsiꝰ musculi aliō extremū
factā: ⁊ cū genu alligataz dicta iūctura fic: ⁊ uer
tebri cū genu: magnaz ⁊ precipuā habet colligā
tiaz: ⁊ tandē cōsequēter mediāte genu ⁊ muschu
lo cruris cū pede paruo per cozdas etiā grandem
habet colligantiā ⁊ p nullos cuiusdam muschuli.

Et ex dictis hic inferf: pio ueritas primi acci
dentis doloris siatici: quoniā est dolor qui incipit
a iunctura anche stricte sumēdo anchā ⁊ descen
dit retro ad cossaz. i. talis dolor etiā ꝓcipif descē
dens in parte extrinsica osse: supple etiā aliquan
do sentif in parte intrinsica: ⁊ hoc ꝓpter dictum
muschulū aligantē dictā iuncturā cū tota cossa ⁊
femoris vt dicebatur ⁊ addit. Et quandoqz exten
ditur usqz ad genu ⁊ calchaneū: etiaz. s. per colli
gentiaz vt dictum est: ratio dicti scōi est clara: qz
quāto plus prolungaf spatiū eius. s. doloris maiꝰ
cōicatur nocumētū colligatis mēbris: ⁊ sic magis
extendif ⁊ sic additur eius descēsio: etiā qz ad pro
lungationē doloris plus atrahif: de materia que
tandē mēbris inferioribus cōicatur ⁊c. idcirco ad
dit: ⁊ fm materiā in multitudine ⁊ paucitate sua
s. fm q materia est multa uel pauca: que trahif
uel mouetur deorsuz sic magnificaf eius descēsio
ad inferius uel minuitur: ⁊ ex cōsequenti posset i
tātū multiplicari materia: q quādoqz ptendif
s. dolor siaticus usqz ad digitos: ⁊ per uillos eiu dē
muschuli qui usqz ad policē extendūtur ut dictuz
est: ⁊ hoc ē quod dixit: addit. z. Et extenuaf sup
ple quādoqz ex eo. s. dolore siatico: pes ⁊ cossa: ⁊
istud posset declarari per ea que dicta sunt supra
in capl'o ō causis gibositatis in fine: sed ad ꝑsens
dicatur hoc esse breuiter: qz debilitantur in motu
pedes ⁊ cossa: ex cōsequenti non atrahitur ad illa
nutrimētū etiā qz ad debilitatē uirtutis animalis
in mēbris uel defectū sumitur porētia caloris na
turalis ut alibi est declaratū: etiā qz ꝓpter dolorē
atrahunf flatice humiditates que obtūdunt acti
onē calidi naturalis ⁊c. Unde ꝓpter oia ista tabet
crus ⁊ pedes: dixit quarto. Et in fine eius delectā
tur cōpressione ⁊ deambulatiōe pauca sup extre
mitates digitoruz suoꝝ dixit in fine. i. i declinatōe
doloris iam tota fere materia euacuata: delectan
tur cōpressione. s. cum manu imprimendo cossam
quoniam per talem compressionem excutitur rest
duum materie que remanfit: ⁊ partes muschuli

per ipsaꝝ appropiquationē debitū situm acquirūt qñ prius erant elongate per impletionē materie dellectantur ergo compressione qz iuuant vel cō pressione pedis cum terra meliue pp eandem cāz dellectantur ēt ex paulatina deambulatiōe iuuā tur qñ per talem exercitium uigoratur calor na turalis ꝛ relique mārū que remanserāt resoluun tur dixit notanter pauca qz fortem deambulatio nem nō sustinerent .i. longam dixit ēt super extre mitates digitoꝝ suoꝝ vt iuuat talē motū fieri sua uem ꝛ paulatinū naz cū sic mouemur suauiter in cipientes incipimus cum depositione digitorum ꝛ hoc totum est qñ talia membza sunt precedenti morbo debilitata ꝛc. dixit vltimo de hac parte po nendo aliud accidens siatice q fit difficilis incur uatio ꝛ equatio errectionis .i. dolorose incuruatur crus uel cossa ꝛ postquā est incuruatum crus ut equetur difficilis fit errectio quoniā per quēlibet talem motū fit distensio ligamētoꝝ ipsius iunctu re qz ad talem motum necessaria ē reuolutio uez tebꝛi in pisside stare autez nō est eis difficile quia ad stationē nō mouetur uertebꝛum sed ad expan sionē uel ȝctionem cruris necessario mouetur iō dixit .o. A. prima primi doc. quinta ca . xxvi. Cū aūt musculis cosse aut cruris nocumentū accide rit ut in casu nostro figere erit facile sed moueri difficile lege lr̄am qz iam clara est.

Et quandoqz Postquā declarauit sia ticam per propria acci dentia Jam ipse ponit diuersum modum termi nationis talis doloris ꝛ duo facit fm duos modos termiatōis quos ponit fa ibi. Et quādoqz produ cit ꝛc. dixit primo ꝛ est clarū ꝛ quādoqz soluit in eo natura ꝛ iuuat p id .i. quod i tali doloꝛe aliqñ lubꝛicus fit venter qñ interdum irritata natura ex acuitate doloꝛis mouetur ipsa sic stimulata ad euacuandum materiā ppꝛie antecedentez ipsius ut idem iuuatur ad euacuationē materie nociue dixit tñ qñqz qz non semper cum soluitur natura iuuantur per id infirmi qñ possibile ē q pp dolo rem iuncture per colligantiā debilitato stomaco ꝛ intestinis uel pp pauciratē sompni p indigestio nem dictoꝝ membꝛoꝝ uel debilem ꝛtinuā coꝛ fiet lienteria passio ꝛ sic uentez soluetur ꝛ non pro pterea ide iuuatur dicit de scōa parte. Et quan doqz talis doloꝛ supple perducit id dislocationem extremitatis cosse eius .i. taliter fit q̄ uertebꝛum exit pissidem ꝛ ppꝛiam ꝛcauitatez ꝛ ē supple tūc zemetrecum fm ueritatem .i. ut dicit lr̄a fit tunc priuatio gressus ꝛ ideo supple tunc de cura hui⁹ ad istam fen tantuz non ptinet determinatio sed supple recurratur ad quartum canonis fen quinta ibi habetur clare de dislocatiōe anche ꝛ ossis an che quomodo autē fiat aliqñ dislocatio perfecta ossis cosse a cā corpozea iam supza dictuz est quo niam ad doloꝛem siaticū aliqñ tanta segꝛur atrac tio materie ex muscosarū ad dictam iuncturā q̄ li gamentū alligans molificatur ꝛ elongatur ꝛ i tā tū q̄ interdū resilit vtebꝛum ex pisside ꝛ est sn̄ia Amf. sexti sexte particule ante tñ illud sepe acci dit similitudo dislocationis ꝛ ꝛtingit in cāu tali ut fit uelox exitus ꝛ uelox reditus ad situm cōuenie tem propter causam claram lege lr̄am.

Doloꝛ uero anche Nunc secundo determinat de doloꝛe anche habente magnam conuenientiā cū doloꝛe siatico ꝛ duo facit primo ipsum manifestat per propꝛia accidētia secūdo aducit causas ipsius ibi multotiens accidit dicit primo quodāmō con tinuando cuz doloꝛe siatico. doloꝛ vō anche ē ille in quo est doloꝛ fixus in ancha qui non descendit supple ad genu ꝛ ad pedes sicut siaticus nisi cum ꝓmutatur ad siaticam ꝛ declarando causas ꝓio primitiuas scōo corpozeas dixit. Multotiens ac cidit aut a debilitate consequente anchaz causa sessionis sup dura ꝛ causa percussiōis ꝛsequente eam ꝛ causa assidue equitādi omnes tales cause primitiue possunt esse cause debilitātes an cham ꝛ inducentes doloꝛem aut p compressionez ꝛ ex consequenti ex solutiōe ꝛtinui inde causata ꝛ in sessione super dura ꝛ ꝓcussione super cā aut causa descēsus multe materie ad anchas pp mo tum in dictis anchis cātum sicut in assidue equi tantibus ut dixit talis aūt doloꝛ vt dictum est ma gis fixus est in ancha nō descendens ad genu uel pedem q̄ siaticus propterea qz non ē tāta anche ꝛ illoꝝ mēbꝛoꝝ colligātia sicut ē cuz iuncturā sic ut manifestū est tñ non est negādū qn ēt aliqñ in tali doloꝛe eōicent ēt genu cū pede pp musculū cōem cosse ꝛ anche ꝛ sic ut dictū est sed sufficit q̄ non tantum addit. Et sunt cause eius ille cāe s. omnes que dicte sūt supra de causis doloꝛis iun cturarum absolute sunt ēt cause huius doloꝛis qz ꝓter primitiuas sicut complexionales omnes si ne materia ēt cum materia uel simplici uel mixta scōum modum qui dictus est supra addit. Ue rumtamē plurimum fit ab humoꝛe crudo. Et si tu dicas supra in causis doloꝛis absolute dictuz est q̄ utplurimuz fit a fl̄ate cum collera deinde a crudo ꝛ tamen hic dicitur quod utplurimū a cru do no. q̄ cuz incipit dicere ꝛ sunt cause eius ille cause licet verba textus uideantur adaptari pro ppꝛie doloꝛi Anche tamen cōia sunt ēt doloꝛi siati co ita ut numeret causas euentus doloꝛis siatici ꝛ anche. Dico secundo q̄ ista difficultas tacta ē supra ad quā recurras loco suo. Jn summa tñ dico q̄ per crudum hic ut ēt supra intelligit fl̄a aquea subtile quod maxime cruditate percipiat ex ꝛsūti dico q̄ tale fl̄a ꝛparatū ad quoscz alios humoꝛes singl̄aꝛes ꝛ p se sine mixtiōe aliox humo ꝛū q̄ utplurimū doloꝛ glibet iūcturaꝝ pēdet ab ꝫ humoꝛe plusq̄ ab alio loquendo de doloꝛe facto per cām fluentem ꝛ isto mō cōparabat hic sed si forte cōpararemus humoꝛē talē ad qualibet aliā materiā idifferenē siue simplicē siue cōpositā dico q̄ vtplurimū magis fit a fl̄ate cū collera q̄ a fl̄a te crudo tantū qr plus de alijs speciebus fl̄atis si mul sumpt̄ generat̄ i coꝛpoze humano quā de ta li subtili tantum ꝛ quoniaz illa nō faciliter mouē tur ad iuncturas sine mixtione collere habilitanꝫ

autem ad fluxum per mixtionem cuz colera inde est ꝛc. Et isto modo cōparationis cōpabatur supra: poterit etiā habere materiā pbabilē respōdendi si ꝯsiderabis: quia differēter dicendū est de his iuncturis ꝛ de alijs: cū iste concauitates sint ampliores q̄z cōcauitates aliaꝝ iuncturaꝝ cōsiderationem. Addit numerando vnū certum modum huius doloris ꝑ uiam ꝓmutatōis. Et multo iens ꝓmutat a doloribꝫ matricis cronicis ꝛ remanētibus tēpore longo ita ut .x. mēses vel .s. aliquādo plures: ꝛ ratio clara ē. quoniā ꝓp dolores matricis longos ꝑ uicinitatez debilitatur ancha: vnde fit possibile ꝙ materia que faciebat dolorez matricis mouebat ad iuncturas anche uel scie: ꝛ sic fiet dolor anche uel scie. Ponit ꝯsequenter alios modos explicite de mēbris faciētibus tales dolores: quoniā dixerat ꝙ utplurimū fit ab humore crudo: iam addit ꝙ quādoq̄z fit a materiis calidis .s. simplicibus ꝛ ꝓmixtis: ꝛ declarās unū modū euentus talis doloris a cā calida: ut a sanguine dixit. Et ex replectiōe uenaꝝ anche ex sanguine s. fit talis dolor. quoniā ꝓpter extensionē uenaruz per poros ipsarū resudat dictus sanguis ad concauitates dictarū iuncturarū. Addit ponēdo aliū modum euentus taliū doloꝝ. Et ab aposthematibus interiorib⁹ i profunditate locoꝝ supple existētibus euenit aliqñ talis dolor uerūtamē non apparent propter profunditatem suam. i. dictarum cōcauitatū maxime sic sicut apparent apostemata reliquaꝝ iuncturarū istud totum clarum est lege litteram continuam.

Et dicitur In ista ultima ꝑte huius partis ipse ponit duo ꝓnostica circa hos dolores facta ibi. Et omne quidez membrū de prima parte dixit. Et dicitur qui habet dolorem anche ꝛ apparet in cossa eius rubedo uehemens quātitate triū digitorū non faciens ei dolorē ꝛ acciderit ei in ea. s. cossa pruritus uehemens ꝛ desiderat ollera morietur .i. 25. Ista sniа elligitur ab ipo. in libro de capsa eburnea sz non sic iacent uerba imo ē aliquanto generalior dixit sic. Cum apparebit in cossa sinistra inferiori absolute dicit inferiori. rubedo uehemens que non dolet tunc scias ꝙ habens eam morietur in 25. die sue egritudinis. s. principalis si. s. ante. 25. diem apparuerit. addit. Et signum eius illius est qz in principio sue egritudinis habet pruritus uehementem ꝛ desiderat comedere ollera. Ecce aliqualē diuersitatem qz in textu nostro cōtrahatur ad dolorem anche ꝛ hic nō. ēt in nr̄o non determinatur ad anchaz sinistram ꝛ in hoc sic ideo precisse uerificans nr̄m textum credo posse male assignari sicut neqz ratio aliarū sniarum eiusdem libelli distincte assignari pōt saltem per me uidētur ille sniе esse quedam proficie quarum non ē ratio sed probabilis quedā persuasio pōt adduci. quoniā cum primū acciderit in cossa pruritus uehemens fluente materia calida mixta sanguini. qō declaratur ēt qz apperit ollera ꝓpter ꝯplexionem non naturalē calidam ꝛc. tunc cum apparebit rubedo uehemēs quātitate magna. s. trium digitorū est signum qō iam multum fluxit de materia calida ad cossam ꝯsequēter ad muscbulū ei⁹ qui est mēbrum maxime sensitiuū si ergo non dolet signum ē ꝙ uirtus sensitiua est ebetata multū ꝛ quodāmodo stupida ꝛ qō mens egrotat iuxta sniam anr̄i. illius. Quicunqz dolētes plurimū doloris non sentiunt his mens egrotat ꝛ hic est signum mortis cum cōdictionibus uerificantibus anr̄i. uide ibi sed utrū in .25. uel .23. nescio assignare cām sed dicam cum Henrij in simili exponente sic morietur in viij. uel .x. i. possibile est ut moriatur in illo die ita ipse exponit alibi morietur: ergo in .25. i. possibile ē qō moriatur licet cum pudore sic exponam. Dixit ꝯsequenter ponendo alium cañ. ꝓnosticum. Et omne quidē membrum in quo ē dolor iūcture magrefit ꝛ extenuatur ratio huius dicti adducta est supra per tres causas recurre supra lege lr̄am totam.

Et dolores quidem Ista est tertia pars principalis ca. in qua ipse ponit comparationem fiatice ꝛ podagre simul alios dolores iūcturarū ꝛ duo facit quoniam primo ipse ponit conclusionē quandam cum eius probatione. Secundo ipse ponit vnam specialem ꝯclusionē de fiatica ꝛ podagra q̄ tamē supra posita est generaliter de oīb⁹ doloribꝫ iuncturaruz secūda ibi. Et iste quidez ꝛc. de ꝓia parte ponit ꝯclusionē ꝛ dicit. Et dolores quidē iuncturarū qui sunt ꝓeter fiaticam ꝛ podagram cum curantur ꝛ erradicantur earum materie nō redeūt uelociter. Fiatica vō ꝛ podagra cum curant ꝛ erradicantur earū materie sum ex eis que redeunt uelociter qualibet ex cā ꝛ ꝓbando ꝯclusionē dixit. Et id fit ꝓp situz mēbri. Ꝓo intellectu huius ꝑ. Nota ꝓio ꝙ ad vrificationē text⁹ de hac ꝯpatione in redditu podagre ꝛ fiatice ad alios dolores oz itelligi ceteris paribꝫ quoniā eēt multū bñ possibile qō ciragra in certo corpore p⁹ quā materia eius esset erradicata ꝛ facta cura citi⁹ rediret q̄z podagra curata silr̄ in alio certo corpore puta si ciragra pēdeat ex diuersis humoribꝫ ꝛ podagra ex vno tñ vbi ēt corpus patiēs ciragrā fit aptū ad dictā passionē ꝓp eius parētes vel malū regimē parentis patiētis podagram nō sic sint dispositi ꝛc: tūc manifestū ē qō ciragra ēt curata citius redibit in illo q̄z podagra curata in isto ꝛ hoc ꝓp istā diuersitatē sz posita paritate cōclusio bz veritatē ꝛ hoc ꝓp cām quā adduxit. s. A. i textu ꝓp situ dictarū iuncturarū respectu cū sint inferiores facilius ad eas fluunt materie quā ad alias. Et ex hoc iferri pōt ꝑ eandē rōnem qō cōparādo podagram ad fiaticā cuz ē curata podagra facilꝫ apta ē reddire q̄z fiatica ꝛ itelligēdo de ea que fit per viam defluxus quoniā ꝑ viā paulatine cōgestionis opp. staret quoniā pedes cū magis exercitentur ipsorum resolutiua erit fortior ꝛ sic nō agregabit ꝛc. ꝓbabiliter tñ hoc dico quoniā posset dicere aduersarius qō in fiatica est iunctura magis carnosa ꝛ ē ꝓpinquior principalibꝫ mēbris ꝛ istō

plus facit q minus agregetur materia in siatica q̃ in pedibus sed non est de hoc difficultas nr̃a: quoniã sermo ē de dictis doloribus factis per uiã defluxus. Nota fo q notãter dixit cum curan tur ꝛ erradicantur earum materie ut iuuat q ipe intelligit de uera cura ꝛ nõ blanditiua que aliqñ fit per stupefacientia qñ si remoueatur dolor ci agricus per stupefacientia ꝛ podagricus uerisimi liter citius redebit dolor ciragricus q̃ podagricus qñ tardius remittetur equalis oplexio frigida i ducta in pede q̃ in manu ꝛ ppter magis distare pedes a fonte caloris ꝛ ppter ipos esse min⁹ mobi les q̃ manus sed si fiat uera curatio erradicando materiã morbi tunc facilius reddezint podagra ꝛ siatica q̃ reliqui dolores iuncturarũ ꝛ hoc pp ter situm deozsum vnde disponuntur ut facili⁹ ma terias recipiant ꝛc. lege lr̃am claram. Ponit osequenter aliã oclusionẽ. Q iste quidem egritu dines.s.siatica ꝛ podagra sunt ex eis que beredi tantur ꝛ proprie podagra ratio huius partis dicta est superius ubi hoc dictum ē de oibus doloribus iuncturarũ generaliter ꝛ de hoc facta ē specialis questio ad quã recurre si placet qr̃ tñ podagra sit magis de illis que hereditãtur q̃ siatica ēt ex dic tis ibidem põt haberi fundamẽtalis rn̄sio quoniã spiritus decisi a pedibus uidentur minus facere ad necessariã generationẽ fet⁹ q̃ decisi ab alijs membris iuncturarũ cum uideantur membra mi nus nobilia iõ stante malitia in talibus spiritibus natura nõ reddit tãtũ sollicita de corrigendo dic tam malitiã sicut si spũs aliarũ nobiliũ magis iũ ctuzarum sint infecti mala qualitate quoniã ubi notabiliter essent infecti ppter uicinitatem spiri tuum principaliũ membrorũ si ab illis aliqualiter non corriganturillos principaliũ spiritus coinqui nabunt ꝛ sic non reddetur forte sperma prolificũ quoniaz in uigore dictorũ spirituũ maxie ipm red ditur prolificum lege lr̃am paruam. ꝛc.

Et materia quidez siatice.

